



Dr. H. H.v.V.

Bibliothek  
Schloss Ostrau

K 347.

00 T



170 11



E. f. 21.


2  
JOHANNIS *Sachsen* / Jcti  
Civitatis Kiloniensis p. m. meritissimi,

DE

SOLENNIBUS  
APPELLATIONIS  
TRACTATUS,

In quo materia de appellationis solen-  
nibus ex insignioribus Practicis, observatio-  
nibus forensibus & præjudicatis perspicue di-  
gesta est & elaborata.

*Cum Indice Capitum & Rerum.*



---

KILONII,

Impensis JOHANNIS SEBASTIANI RICHELII,  
*Rudolfsadii*, Literis HEINRICI URBANI, 1705.

JOHANNIS SERRIUS

OPUS

DE

SOLLENNIBUS

APPELLATIONIS

TRACTATUS

In quo methodice appellatio tractatur

in quibus et rationibus et hinc inde

tractatur et hinc inde tractatur

tractatur et hinc inde tractatur

tractatur et hinc inde tractatur



Impressus JOHANNIS SERRIUS TRACTATUS

tractatus et hinc inde tractatur



*Ad Lectorem.*

**B**enevole Lector; Quia secundum Tullium in aureo de Officiis libello non nimis magnum studium, multamque operam in res non obscuras atque difficiles, easdemque non necessarias conferre, sed ex monito Pauli *in l. 25. ff. de liberation. legat. & aliorum* Jctorum cotidiana & utilia addiscere ac plenius tractare debemus; nulla autem in jure doctrina magis vulgata, magisque necessaria, quàm hæc, quæ de solennibus appellationis est, quippe in omnibus

)( 2

fer-


fermè litibus appellationes à litigantibus per sententiam læsis interponuntur, hæ autem ad judicem ad quem non devolvuntur nisi solennibus appellationis ritè ac legitimè præstitis, & obea neglecta cum maximo appellantium detrimento ad judicem à quo ad exequendum remittuntur, inde argumentum hoc utile ac necessarium, cum à nemine hæctenus ex professò tractatum meminerim, nisi quo Beatus Vice-Præses Regii Tribunalis Dn. David Mevius, Jctus incomparabilis in Decisionibus suis consummatissimis sparsim quæpiam de illis dixerit, paulò fufius & ad praxin modernam elaborandum suscepi, & observationibus quibusdam practicis, quæ in foro, & tempore meæ Advocaturæ occur-



currebant, illustravi. Licet autem non  
sim nescius, multa in hoc libello do-  
ctis adhuc desiderari, nec me omni-  
bus quæstionibus, ut par est, satisfac-  
cisse; confido tamen hunc meum af-  
fectum laborem plurimis (de omni-  
bus enim mihi non polliceor) haut in-  
gratum fore. Errores Typographi-  
cos, si qui forsan irreperunt, benevo-  
lè corrigere haud dedignare. Salve  
interim & sub præsidio DEI vale. Da-  
bam è museo inter tympanorum mur-  
mura & armorum strepitus. Kilonii  
13. Augusti 1675.

X 3

INDEX



## INDEX CAPITUM.

### CAP. I.

*De Etymologia, definitione ac divisione  
solemnium appellationis.*

### CAP. II.

*De Causa efficiente, sive ex quo jure so-  
lennia introducta.*

### CAP. III.

*De subiecto solemnium, seu personis, que  
solemnia prestare debent.*

### SECT. I.

*De personis, que juramentum appella-  
tionis prestare debent.*

SECT.

SECT. II.

*De personis, quæ cautionem præstare debent.*

CAP. IV.

*De forma solemnium.*

SECT. I. ART. I.

*De modo & formâ præstandi juramenti  
appellationis.*

ART. II.

*De loco præstandi juramenti appella-  
tionis.*

ART. III.

*De tempore præstandi juramenti.*

SECT. II. ART. I.

*De formâ cautionis præstandæ.*

ART. II.

*De loco cautionis præstandæ.*

ART.

ART. III.

*De tempore cautionis.*

CAP. V.

*De fine solennium.*

CAP. VI. & ult.

*De effectu & omissione solennium.*



In



In Nomine Domini nostri  
JESU CHRISTI!

CAPUT I.

De Etymologia, homonymia, defini-  
tione & divisione solennium Appellationis.

SUMMARIA.

- |                                |                            |
|--------------------------------|----------------------------|
| 1. Etymologia vocis, solennis. | 5. Formalia Appellationis. |
| 2. Appellationis.              | 6. Definitio solennium.    |
| 3. Homonymia.                  | 7. Numerus.                |
| 4. Differunt à formalibus.     |                            |

**D**E solennibus Appellationis quidpiam  
dicturo occurrit primò etymologia vocabuli  
solennis : quidam enim à soleo illud originem  
trahere volunt, alii verò ex solo & anno, ut re-  
fert Johann. Fungcr. in *Etymologic. latin. voce :*  
*solenne p. m. 1107.* cui posteriori sententiæ calculum adjicit  
Martinius in *Lexico Philologic. voce : solennis*, ut ita solenne  
dicatur, quasi solo anno, seu quod solo anno semel fit, sive  
anniverfariurn est. Mihi tamen ratione nostrorum solen-  
nium arridet prior etymologia.

Appellatio autem dicitur à præpositione ad & pello  
pellare, antiquo & inusitato vocabulo, quod est voce cita-  
re,

A

re, ut quis adfit & propè nos veniat Martin. *d.l. voce: pello.*  
vel blandius sollicitare eiuem die besten Wort warum ge-  
ben / Merkius *in Castell. lasini sermon. voce: pello.* litera d. au-  
tem in præpositione ad euphoniæ causâ mutatur in p. ut fiat  
appellatio.

3 Cum autem multarum rerum solennia in jure repe-  
riantur e. gr. testamenti *l. 20. §. 7. & 8. ff. qui testam. facer.*  
*poss. accusationis l. 11. §. 3. ff. ad l. Jul. de adulter. judicio-*  
*rum l. 7. ff. de restitut. in integr.* sic tempora, intra quæ  
causæ excusationis à tutela deferendæ, solennia dicuntur  
in *l. ult. C. de excusationib. veteranor.* statim ex adjectâ voce  
appellationis, apparet, quomodo hæc nostra ab illis differ-  
rant, nimirum ratione objecti, circa quod occupata,  
& in quo observanda sunt. Appellatio autem h. l. non latè,  
sed strictè accipitur, pro provocatione litigantis à iudice in-  
feriore ad superiorem spe melioris juris consequendi.

4 Solennia autem hæc appellationis differunt à forma-  
libus appellationis, ut pars à toto, formalia enim sub se  
etiam comprehendunt solennia: Quamvis à Dd. promi-  
scuè modò formalia, modò solennia vocari soleant, quod  
etiam à Rhodingio *in Pandect. Cameral. adanct. lib. 1. c. 26.*  
*n. 19. & passim,* & Bluhmen *in indice ad Process. Cameral.*  
factum, ubi solennia hæc ad tertium Appellationis forma-  
le refert. Ex praxi quoque didicimus, appellatum contra  
formalia appellationis excipientem simul & in eodem re-  
cessu (Sag) contra solennium præstationem, si ritè præ-  
stita non sint, excipere; inde solennia pars formalium haud  
iniquè dici possunt.

Sunt

Sunt autem formalia appellationis vulgò hæc; quamvis alii plura recenseant.

(1.) ut Appellatio vel in continenti, vel intra decendium interposita sit. Ubi tamen electio termini hujus non semper est penes appellantem, siquidem statuta & leges quorundam judiciorum in continenti appellationem faciendam injungunt, & decendium denegant, cujusmodi lex provincialis est in Holsatia, ubi in judiciis inferioribus omnes appellationes in continenti interponi debent. Sandg. *D. p. 1. tit. 2. n. 20. it. 1. 4. 41.*

(2.) ut solennia hæc, juramentum appellationis & cautio præstentur.

(3.) ut, si coram Notario & testibus appellavit, Judici appellationem hanc intra 30. dies intimer ac notificet.

(4.) ut Appellatio intra legitimum terminum judicii ad quem præsentetur, quod fit, si appellans supplicam conficiat, inque eâ se appellasse dicat, pro justificanda appellatione termini præfixionem, & citationem contra partem adversam perat, eamque in termino illi insinuari faciat.

Cum autem secundum Ciceron. *lib. 1. de offic. p. m. 17.* omnis, quæ suscipitur de aliqua re, institutio, debeat à definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur, levi penicillo solennia hæc delineabimus.

Sunt ergo solennia Appellationis actus legitimi ab 6 appellante in quibusdam judiciis debito modo præstandi, ad hoc, ut reliquis formalibus observatis appellatio à judice ad quem recipiatur, causa denuò pertractetur, & sententia à quâ vel confirmetur, vel reformetur.

Dixi esse actus, quia in actu & reali præstatione consistunt, nec verbalis oblatio sola sufficit, ut infra *c. 4. n. 24.* pluribus dicitur.

Legitimi autem actus sunt, quia lex provincialis, statuta & inveteratae consuetudines iudiciorum multorum ea exigunt. Reliqua descriptionis verba per se patent.

7 Duo autem sunt solennia appellationis, unum iuramentum de non temere appellando, alterum cautio de refundendis expensis in casum succumbentiae, vel etiam iudicatum solvi, prout cujuslibet iudicii observantia vel lex eam exigunt. Quamvis etiam in quibusdam iudiciis tertium detur, nim. exolutio certae pecuniae, die *Muffverffung* des Appellation-Schillings/ ut in omnibus Holsatiae iudiciis inferioribus, & ubi in continenti appellatur, fieri experientia testatur, de qua re infra c. 6. n. 16. & seqq.

## CAP. II.

De Causâ Efficiente, seu, ex quo jure solennia appellationis sint introducta.

## SUMMARIUM.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Appellationis necessitas.                | 16. Quis inobservantiam probat.                                  |
| 2. Ejus origo.                              | 17. & seqq. enumerantur quaedam iudicia, ubi solennia exiguntur. |
| 4. Solennium origo.                         | 26. Necessario praestanda.                                       |
| 5. Ex quo jure sint introducta.             | 27. Limitatur.   |
| 6. Quis probeat consuetudinem.              | 29. Magistratus municipalis non potest introducere solennia.     |
| 7. Quomodo probatur.                        | 30. Principes Imperii possunt.                                   |
| 8. Per documentum Magistratus.              | 31. Principis potestas circa leges.                              |
| 9. Per prejudicata.                         | 35. Appellatio statuto tolli nequit.                             |
| 10. 11. 12. Quando per documentum Doctoris. | 36. Limitari autem potest.                                       |
| 13. Statuti probatio.                       | 37. Consuetudo solennia injungens, est laudabilis.               |
| 15. Quando statutum non est usu receptum.   |  |

Quam-



Quamvis appellandi usus frequens sit ac neccessarius, quippe cum iniquitatem judicantium, vel imperitiam corrigat dicente Ulpiano *in l. 1. pr. ff. de appellat. & relation.* ejusque origo vetustissima, quod ex appellatione Horatii adolescentis Romani patet, qui sub imperio Tullii Attilii Regis Romanorum ob Sororicidium capitis damnatus ad populum Romanum provocavit Livius *lib. 1. Histor. Ludovic. Gottfriede in seiner Historischen Chronick p. 1. p. m. 78.* & Pauli Apostoli, qui à Judæis coram Festo Judææ Præfide accusatus ad ipsum Imperatorem Romanum provocavit Lucas *in actis Apostolor. c. 25. n. 11.* eamque in jure divino fundatam doceat Carpzov. *in Process. tit. 18. art. 1. n. 3.* ac ex jure naturæ & gentium tradat Colleg. Argentor. *de Appellation. tb. 6.* cum recta ratio dicitur & ostendat oppressos aut iniquitate aut infortiâ judicis auxilio dignioris magistratus sublevandos esse Wesernbec. *in ff. de appellation. n. 6.* nihilominus certa solemnità ab appellantis in appellationis interpositione hodie in multis Germaniæ judiciis sunt observanda ac præstanda. Quæ quidem neque jus divinum, neque naturale, neque civile, neque Saxonicum præscripsit. Jus civile quidem mentionem facit solemnium appellationis *in l. 20. §. 2. ff. de appellation. & l. 11. C. de administr. tutor.* ibi tamen solemnità hæc nostra, juramenti sc. & cautionis non intelliguntur, sed fatalia & tempora interponendæ & petendorum Apostolorum, cum alia formalia jus civile nullibi injunxerit. In jure quoque Saxonico nulla fit mentio horum solemnium.

Sunt autem solemnità hæc appellationis hodierna vel (1.) ex consuetudine quorundam judiciorum inveteratâ, vel (2.) ex lege Provinciæ generali, vel (3.) ex privilegio de non

appellando è superiore inferiori Magistratui concessio Beatus Mevius *p. 2. Decis. 8.*

- 6 Quando consuetudo hanc solennium præstationem appellantis injungit, hæc autem ab appellante negatur, tenetur appellatus consuetudinem hanc probare, cum in eâ se fundet, consuetudoque facti sit, & ab allegante probanda, Struve in *Syntagmat. juris civil. de Legibus Scilicet. tb. 21.* Mevius *p. 4. decis. 2.* Gail. 2. *Observ. 31. n. 14.* Ungep. ad *X. de Consuetudin. n. 5.* quomodo autem consuetudo legaliter probetur, docet præter alios Mevius *d. p. 4. decis. 3.* Sichard. ad *l. 1. C. que sit long. consuetud. in fin.* Hahn. in *Disp. de Consuetudin. tb. 20.* Mascard. *vol. 1. conclus. 423. & seqq.* ubi etiam hoc notandum, quod appellandi solennitas per documentum Magistratus loci, ubi est appellatum, doceri possit Gail. *Observ. 130. n. 4.* in quo tamen alleganda & verificanda sunt omnia consuetudinis requisita, & actuum, in quibus sic servatum, mentio facienda est Mevius *d. p. 4. decis. 2.*
- 9 Sic etiam ex præjudicatis seu sententiis in forma probante productis, & in quibus mentio horum solennium facta est, probari posse experientia docet.
- 10 Non autem probatur per adsertionem & documentum Doctoris, licet excellentis. Ungep. *d. l. n. 6.* Oldekop. de *Appellation. in caus. criminalib. n. 75.* Cothmann. *vol. 1. consil. 13. n. 60.* ubi multos Doctores allegat. Wesenbec. *consil. 43. n. 74.* limitatur tamen hæc doctrina i. eo in casu, quo Doctori insigni attestanti de consuetudine loci, in quo semper & perpetuo vixit, vel de consuetudine curiæ, in qua multos annos jus dixit, tantisper creditur, donec contrarium ab adversa parte probetur, ut multi à Cothmanno. *d. l. n. 69.* allegati volunt, quæ tamen limitatio ipsi Cothmanno non arridet.

2.) Si

2.) Si iudex, Scabinatus, Facultas Juridica &c. plures 12  
ex actis publicis actus adducat, in quibus hoc vel illud jus  
diu sit observatum Struve *d. l. 16. 21.*

Si verò lex alicujus Provinciæ generalis, vel loci cu- 13  
jusdam specialis five statutum solennium præstationem ap-  
pellantibus injungat, probatio horum ex iis productis &  
lectis sine ullâ difficultate fieri potest.

Et licet iudex leges scire præsumatur, inque omnibus 14  
ferè curiis tritum illud: curia novit leges, decantetur, attam-  
en jus loci speciale, in quo quis, five actor five reus se  
fundat, ipsi allegandum & probandum est Mevius *p. 3. De-  
cis. 313.* & quando solennia hæc in statutis & legibus pro- 15  
vincialibus quidem sunt expressa, ut apud nos in Holsa-  
tiâ, statutum autem vel lex illa dicatur non usu recepta,  
quod à litigantibus sæpissimè opponi in praxi vidimus, tum  
ad eorum præstationem appellans non est obligatus, quia  
secundum statuta, quæ non sunt in usu, non est judican-  
dum, ratio, quod statuto sit sua vis ex ipso usu. Mevius *d.*  
*p. 3. Decis. 60.* quia tamen lex & statutum solennia hæc 16  
exigens subditos ad obedientiam obligat, statutumque præ-  
sumtionem pro se habet, quod sit in observantia, donec ab  
alterâ parte probatur, quod per desuetudinem & contra-  
riam observantiam fuerit sublatum Carpzov. *p. 2. decis. 101.*  
*uti etiam Facultatem Juridicam Lipsiensem mense Janua-  
rio 1647. respondisse testatur Wechman. ad ff. de constitu-  
tion. princip. n. 101. renetur is, qui se in legis & statuti non  
usu fundat, non usum & inobservantium probare Mascard.  
conclus. 1339. n. 3. de probation. Herculan. de proband. nega-  
tivo. n. 26. Struve *d. l. ad ff. de constitut. princip. 16. 43. Me-  
vius d. decis. 60.* cujus probatio tamen sola non sufficit, sed  
præ-*

præterea etiam contrarius usus docendus est Mevius *d. decis. 60. Gail. in observ. 60. n. 3.* siquidem lex nova non tollitur per non usum, sed per usum novæ legi contrarium Gail. *d. l. inde licet solennia hæc à statuto injuncta multos annos in judicio ab appellantis non sint præstita, ob id tamen appellans à præstatione eorum immunis non est, sed ad ea tenetur, si iudex vel appellatus hoc exigit.*

- 17 Hujusmodi autem lex Provinciæ generalis injungens appellantis solennium præstationem est in nostra Holsatiâ, ubi (1.) In judiciis Præfecturarum in den Unter-Gerichten der König- und Fürstlichen Aemter cautio & juramentum appellantis imponuntur. Holstein. Landg. *D. p. 1. tit. 2. n. 20. ibi: die Bestellung der Bürgerschaft*
- 18 und cautio. (2.) In judiciis Prælatorum & Nobilium, in den Unter-Gerichten der Prælaten und derer von Adel. Holst. Landg. *D. p. 1. tit. 3. n. 14. ibi: jedoch daß es mit den solennibus appellationis im vorhergehenden titul (nim.*
- 19 *tit. 2.) specificirter massen observiret werde.* (3.) In judiciis Civitatum in den Unter-Gerichten in den Städten. Holst. Landg. *D. p. 1. tit. 4. n. 27. ibi: jedoch auf Masse/ wie des juramenti calumnia, auch des Fürstandes halben*
- 20 *dabey (s. p. 1. tit. 2.) berührt.* (4.) In judicio Terrapolitano, der Vier-Städte/ Quatuor enim hæc civitates
- 21 Kiel/ Rendsburg/ Tzebo & Oldesloh constituunt unum judicium, quod ab harum Magistratuum Deputatis quotannis certo eoque stato tempore habetur, & ad quod appellationes à civitatibus Holsaticarum sententiis interpositæ devolvuntur. A cujus judicii sententiis si quis appellare velit, tenetur itidem eadem solennia præstare, ut habetur in privilegio de dato Schleswig. 1568. à Friderico II. Da-

II. Daniæ Rege civitatibus Holfaticis concessio, & Holfstein. Landg. D. p. 5. tit. 2. affixo. (5.) In judicio Provinciali in Land-Gericht: Cui Potentissimus Rex Daniæ, & Serenissimus Holfatiæ Dux alternatim præfideret. Si quis enim à sententiis ibi publicatis ad Cameram Imperii appellare necesse habeat, obstrictus est ad solennium horum præstationem vigore Holfstein. Landg. D. p. 4. tit. 1. n. 6. & Privilegii Maximiliani II. Imp. de anno 1570. Matthiæ Imp. de anno 1617. & Ferdinandi II. Imp. de anno 1621. quæ tria privilegia Ordinationi provinciali sunt annexa.

Ejusmodi lex localis sive statutum est Lubecense, quod 23 appellanti ad Senatum itidem juramentum appellatorium, und die Appellation zu belegen injungit, Lübeck. revidirte Niederg. D. tit. 2. art. 14.

Sic ex Recessu Imperii de anno 1654. ab omnibus ad Cameram appellanti juramentum est præstandum Lauterbach. ad ff. de jurament. §. 2. n. 54.

In Pomeraniæ Ducatu etiam de his lex est in Ordinatione Dicasterii Ducalis tit. von Appellation. ut & in Ducatu Wolfertbütano Fürstl. Wolffenbüttel. Canzley. D. art. 63. item Hof-Gerichts. D. tit. 66. Et in plerisque Germaniæ judiciis solennia hæc in usu esse docet Colleg. Argent. de Appellation. tb. 12. n. 11. Hering. c. 10. n. 156. de fidejussorib. Gail. 1. observ. 124. n. 1.

Sicubi ergo solennia hæc vel ex lege provinciæ generalis, vel judicum inferiorum speciali & privilegio, vel consuetudine inveteratâ sunt constituta & observata, etiam in posterum ibi strictè observari, nec nisi iis præstitis appellatio à iudice ad quem recipi debet Mevius p. 2. Decision. 8.

Ubi verò de horum præstatione non extat lex generalis,

ralis, neque specialis sive privilegium, neque consuetudo, ibi etiam ea injustè appellantis à iudice imponuntur, & ab appellato exiguntur, libertas enim appellandi contra jus commune non est restringenda. vid. *Mev. 2, Decis. 71.*

29 Magistratus autem municipalis & inferior non potest appellantis hæc solennia imponere, quia 1. uti dictum, restringunt & tollunt libertatem appellandi, quam potestatem restringendi inferiores magistratus non habere notum est, & 2. quia in præjudicium iudicis superioris tendunt *Mevius d. Decis. 8.*

30 Num autem Principes Imperii, qui Cæsarem superiorem recognoscunt, absque illius consensu solennia hæc appellantis præscribere possint? Resp. affirmando, (1.) Ex potestate legislativi, quam habent. Possunt enim Status Imperii in suis territoriis ex omnimoda jurisdictione & regalium liberâ possessione concessâ leges ferre. *Stöcken Diss. de potestate legislator. tb. 51.* Easque non tantum præter, sed etiam contra jus commune. *Myler. de Princip. & statib. imper. c. 39.*

32 Ac ob necessitatem & utilitatem Reipublicæ per suas leges positivas juri naturæ & gentium quid addere & detrahere *Struve in ff. de justit. & jure tb. 58. Brunnem. ad d. l. 6. ff. de just. & Jur. n. 3.*

33 Actibus ex jure gentium provenientius ad usum reipublicæ particularem substantialia quædam adjicere, ut iis non observatis, actus utpote formâ illâ præscripta destitutus, nullus sit *Struve d. l.*

34 Libertatem quoque naturalem & jus gentium, ex quo appellatio profluit, ob causas prægnantes & propter reipublicæ commodum restringere *Grotius lib. 2. c. 2. n. 5. de jure bell.*

*bell. & pac. Schm. ad ff. jus autem civile Inst. de J. N. G. & C. n. 22. Struve d. l. Frisch, de regal. viar. jure c. 8. n. 2. ubi de libertate transeundi per vias publicas restricta agit. (2.)* 35  
 Ex argumento à statutis & consuetudine sumto. Licet enim appellatio statuto aut consuetudine tolli non possit Gail. 1. *Observ. 135. n. 12.* ibique Fabricius *in repetition. Sect. 2.* Berlich. 1. *Concl. 15. n. 32.* Mevius. *p. 1. Decis. 222.* Clezel. *de Appellation. c. 1. n. 9.* quia appellatio non solum in favorem litigantium, sed etiam in recognitionem superioritatis est introducta; ea verò, quæ Principi supremo sunt reservata, ab inferiori attingi non debent Myler *c. 42. de Princip. Imp. judexque inferior potestati superioris nihil auferre potest arg. l. fin. ff. de jurisdiction. & in specie Status Imperii subditos suos juramento obstringere non queunt, ut à sententiis suis non provocent Ordin. Camer. p. 2. tit. 28. §. und bieweil bishero 2. & Recess. Imper. de anno 1532. tit. 2. §. nachdem auch etliche Stände 12.*

Limitare tamen appellationem, illique modum & formam, ne appelletur nisi juramento de non temerè appellando & cautione præstità, præscribere possunt statuta & consuetudo, uti de iis docet Fabricius *d. l. Treutler. vol. 2. Disp. 33. tb. 1. lit. a* Colleg. Argent. *de Appellation. tb. 6.*

Et consuetudinem hujusmodi, quæ appellationes ad superius tribunal non admittuntur, nisi appellantes jurent, se non temerè aut ad differendum calumniosè negotium appellare, jure valere & laudabilem esse asserit Mynfinger 3. *Observ. 56.* inde licet lex hæc, appellationis libertatem restringens & solennium præstationem sub præjudicio causæ injungens, dura sit, tamen quia ob Reipubl. commodum, ut nim. temeritas & pruritus litigandi cohibeatur, lata est, servari debet.

CAP. III.  
De Subjecto solennium, seu personis,  
quæ ea præstare debent.

## SUMMARIÆ.

- |                              |  |
|------------------------------|--|
| 1. Appellantes præstare.     | 8. Num Appellans de præstatione ad-<br>mouendus. |
| 2. Quando exceptio probanda. | 9. Si in puncto incompetentie appel-<br>letur.   |
| 3. Regule vis.               | 10. Exceptio à jurisdictione eximit<br>à lege.   |
| 4. Omitti nequeunt.          | 11. Omisso solennium non semper<br>nocet.        |
| 5. Neque remitti.            |  |
| 6. Limitatur.                |  |
| 7. Differri possunt.         |  |

Cum superiore capite dictum fuerit, à qua potestate so-  
lennia hæc sint in forum deducta, inde nunc dicendum  
de subjecto illorum.

1 Solennium autem præstatio incumbit appellantibus  
omnibus, tam de jure Camerali, ob generalitatem textus  
Recess. Imper. de anno 1654. §. auch zum sechsten 117. quam  
de jure nostro Holsatico, ut infra hoc cap. sect. 1. & 2. fufius  
2 docetur, inde qui se in exceptione fundat, eam probare  
debet.

3 Regulam enim habens pro se jus certum habere dici-  
tur, donec probetur contrarium. Tabor. in Barbof. locu-  
pletat. lib. 16. cap. 22. axiom. 3. & 7.

4 Quod ampliatur, ut (1.) adeò necessariò præstanda  
sint, ut citra litis periculum omitti haut queant, ut infra  
5 dicitur. (2.) Ut etiam appellatus horum præstationem ap-  
pellanti remittere nequeat, quia 1. iis promiscua appellan-  
di licentia coërceatur, 2. non tam parti adversæ, quam judi-  
cio



cio præstantur, & 3. hæc velut legalia appellationis requisita non sunt in privatorum arbitrio, uti Mevius *p. 4. Decif. 275.* demonstrat;

Si ramen iudex & appellatus simul hæc appellanti remittere velint, utique possunt Mevius *d. l.* ubi tamen appellans cautus esse debet, ut protocollo inscribi curet, solennium præstationem sibi à iudice & parte adversâ esse remissam, ut ita documentum factæ remissionis habeat & re exigente exhibere possit.

Solet quoque hæc solennium præstatio in Holsatiâ 7 judiciis inferioribus ex iudicis & litigantium consensu differri usque ad terminum justificationis, vel alium aliquem, prout ipsis æquum fuerit, & postea in illo termino ante justificationem præstari.

Num autem appellatus appellantem admonere, & 8 hanc solennium præstationem ab eo in specie exigere debeat, quæritur? Gail. *1. Observ. 124. n. fin.* affirmat, & remonstrat, provocantem interpellari debere ad hæc præstanda: de iure autem nostro Holsatico negativa videtur verior, cum lex provincialis diversis in locis necessitatem præstandi absolutè & simpliciter appellantibus injunxerit, inde quia certioratus amplius certiorari non debet, etiam appellans absque exactione appellati solennia hæc præstare tenetur *vide infr. c. ult. n. 9.*

Quæritur, si forensis ad iudicium incompetentens cite- 9 tur, hicque citatus compareat & opponat declinatoriam fori tantum, iudex autem super suâ competentiam interloquatur, & citatus appellet, num & hic forensis ad præstationem solennem, quæ in iudicio hoc incompetenti in usu sunt, adigi possit, ita ut si non præstiterit, appellatio ad iudicem

dicem ad quem non devolvatur? Pro negativâ militat sequens ratio, quod sicut hic magistratus in forenses nullam habet jurisdictionem, ita etiam ipsius leges & per consequens privilegium de non appellando, hujusmodi solemnium præstationem injungens, illos non ligent, nec ad solemnia præstanda adigere possint. Exemptio enim à jurisdictione eximit etiam à lege & jure loci. *Mevius 2. Decis. 30. n. 2.* Verior tamen est sententia affirmativa.

(1.) Quia Imperator, ut mundi Dominus, & qui in omnes habet jurisdictionem, hujusmodi privilegia statibus quibusdam Imperii concessit, ut appellantes hæc solemnia præstare debeant. (2.) Quia *Recessus Imp. de anno 1654. §. 17.* itidem solemnia appellationis sub præjudicio causæ præstari vult, ergo illi utpote legi universali omnes Germaniæ subditi parere necesse habent. Inde non obstat ratio pro negativâ adducta, quia hujusmodi magistratus non per se, sed ex concessione superioris jurisdictionem & leges suas in forensis exercet.

XO De eo autem forensi, qui sponte comparet, & judicio alieno & incompetenti se submittit, res caret dubio, quia hic prorogat jurisdictionem alienam & judicio quasi contrahit, inde semel in id consentiens legibus & decretis illius obtemperare & solemnia præstare necesse habet.

XI Circa finem capituli nota: quod ex sententia *Mevii* solemnia in prima instantia ommissa appellatio quidem sæpius sustineatur, sed præstatio illorum in secunda injungatur:

Hanc autem præstationem in secunda instantia non esse necessariam, ubi statim ex actis primæ instantiæ apparet, appellantem bonam & justam fovere causam. *Mev. 6. Decis. 129.*

CAP. III. SECT. I.

De Personis, quæ juramentum Appel-  
lationis præstare debent.

SUMMARIÆ.

- |  |  |
|--|--|
| <p>1. Omnes appellantes præstant jura-<br/>mentum appellationis.</p> <p>2. De jure Camerali præstant.</p> <p>3. Appellantes ipsi.</p> <p>4. Eorum heredes.</p> <p>5. Advocatus.</p> <p>6. Hujus successor.</p> <p>7. Appellatus.</p> <p>8. Comites &amp; Barones.</p> <p>10. An Reges &amp; Principes.</p> <p>16. Ille persone, quæ alias de calu-<br/>mnia non jurant.</p> <p>17. Qui in primâ instantia præstitis.</p> <p>18. An mandatarius.</p> <p>19. Quid de jure Camerali.</p> <p>21. Quid de jure Holsatico.</p> <p>22. Jurant in suam &amp; principalis ani-<br/>mam.</p> <p>23. Quid si mandatarius substitutum<br/>fecerit.</p> <p>24. In Actoribus tutorum &amp;c. etiam<br/>locum habet.</p> <p>26. Procuratores Camera in suam<br/>animam non jurant.</p> <p>27. An alius mandatarius ad præ-<br/>standum hoc juramentum consti-<br/>tui possit.</p> | <p>32. Tutores debent præstare hoc ju-<br/>ramentum.</p> <p>35. Si plures sunt tutores, an unus<br/>possit?</p> <p>39. An tutores in solidum renean-<br/>tur.</p> <p>41. Si plures sint mandatarii quan-<br/>do unus solennia præstare possit?</p> <p>42. Tutores jurant in animam su-<br/>am.</p> <p>43. Cum tutores minorum præstare de-<br/>bent hoc juramentum.</p> <p>44. Debent à Magistratu esse consti-<br/>tuti &amp; n. 62. &amp; 63.</p> <p>45. Jurant quoque in suam ani-<br/>mam.</p> <p>46. Minores non habent personam<br/>standi.</p> <p>47. Pater agens nomine filii ipse ju-<br/>rat.</p> <p>48. Fæminæ non habent personam<br/>standi.</p> <p>49. Horum curatores differunt à mi-<br/>norum curatoribus.</p> <p>50. Num fæmina ipse an eorum<br/>curatores hoc juramentum præ-<br/>stent?</p> |
|--|--|

53. Curator interponit auctoritatem.  
 54. Quomodo.  
 56. An mulier per curatorem jurare possit?  
 57. An curator præter curatorium speciali mandato instructus esse debeat?  
 58. Curator jurans pro muliere jurat in animam suam.  
 59. Solemnia non sunt ritè præstita, si curator ipse in suam animam juravit.  
 60. An curator femina etiam hoc juramentum præstare necesse habeat?  
 62. Filius matris legitimus curator non ritè matri appellanti interponit auctoritatem.  
 63. Curator debet à Magistratu constitui.  
 64. Quid juris in eo casu, quo maritus nomine uxorio appellat.  
 65. Officialis Principia præstat.  
 66. Illi, qui officii ratione alienam causam agunt.  
 67. Plures liti consortes præstant.  
 70. Consortis pro consorte absque mandato cum cautione rati admittitur.  
 71. Exceptio prima ratione juramenti.  
 72. Secunda, ratione recognitionis manus.  
 73. Civitas agit per Syndicum.
74. Et appellat.  
 75. Juramentum judiciale præstant seniores de jure Saxon.  
 76. Etiam Calumnia.  
 77. Quomodo hi jurant.  
 78. De jure civili major pars jurat.  
 79. De jure Communi per Syndicum juratur. n. 84.  
 80. Syndicus partibus Procuratoris fungitur.  
 81. Mandatarii jurant in animam principalem, & suam. n. 22.  
 82. Speciale mandatum requiritur.  
 85. Si non totus Senatus appellat.  
 87. Quomodo Syndicus constituitur in civitatibus.  
 88. Quomodo in magna Universitate.  
 89. Quomodo in pagis.  
 90. Quomodo in Collegiis opificum.  
 92. Syndicatus quomodo judicialis conficitur.  
 93. Consiliiarii statuum an jurent.  
 95. Sacerdotes præstare debent.  
 96. Hi etiam assensibus reguntur.  
 97. Civis ejus civitatis, quæ privilegium de non evocando habet, præstare debet.  
 99. Administratores legitimi præstare debent.  
 100. Qui sunt legitimi administratores.

**J**Am diximus, quæ personæ solennia præstare debeant, nunc etiam majoris elucidationis gratiâ in specie dicemus, quæ personæ primum solenne, nempe juramentum appellationis præstare teneantur. Ubi itidem generalem regulam ponimus, nimirum, omnes appellantes hoc juramentum præstare debere.

De jure Camerali antiquo juramentum hoc de non frivole appellantis in Camerâ non incubuisse, nisi ubi privilegium loci, à quo appellabatur, hoc exigebat, Roding. in *Pandect. Cameral. adauct. lib. 1. tit. 26. §. 19* hodie autem ex *Recessu Imperii de anno 1634. §. Zumaln aber iederzeit us.* omnes appellantes ad hujus præstationem in Camerâ faciendam tenentur, Roding. *dl.* Quia hic §. sæpius infra allegatur, eum in gratiam Advocatorum, qui *Recessus Imperii* semper ad quævis judicia portare nequeunt, integrè adscribere lubet. §. 117. Auch zum sechsten / in Fällen / da die Privilegia das juramentum calumniæ erfordern / solle selbiges allezeit vor dem Untergericht von appellirenden in der Person / oder wenn Grafen und Freyherrn interessiret / durch Procuratores, denen der End vorhero wohl zu schärffen / sub prejudicio Causæ, würcklich abgelegt / und nicht erst bey unserm Kammer-Gericht zu præstiren anerbotten / der appellant auch von dem judice à quo ohnweigerlich dazu gelassen / ein enger termin zu würcklicher Abstattung angesezet / gleichmäsig die Caution, wann sie in dem Privilegio erfordert / von dem Richter nechst voriger instantz, in der dartin bestimmten Zeit abermal sub præjudicio geleistet.

- 3 Præstant autem hoc juramentum de jure Camerali  
 (1) ipsi principales Appellantes Roding. *d. l. Hahn. in Dissp.  
 de Appellatione habitâ Helmstadii anno 1663. membr. 2. ib. 17.*  
 & quidem coram giudice à quo in persona. Recess. Imp.  
*de anno 1654. d. §. auch zum sechsten 117. ad majorem ter-*  
*rorem juranti incutiendum, quo à perjurio eò magis ab-*  
*sterrentur Bluhm. in Process. Cameral. c. 48. n. 44.* Cui  
 congruit Holst. Landg. *D. p. 1. tit. 2. n. 20.* ubi ipsi princi-  
 pales Appellantes ibidem coram giudice à quo præstant  
 ibi: Die Bestallung der caution und Bürgererschaft auch  
 Præstirung des Juramenti calumniæ aber mag von den  
 4 Appellanten intra decendium geschehen. (2) Appellan-  
 tis heredes & successores, si appellans lite pendente obie-  
 5 rit Bluhm. *d. l. n. 49.* (3) Appellantis Advocati, die zur  
 Appellation gerathen/ schedulam appellationis verfertigt/  
 und darin patrociniert haben/ Roding. *d. l. Hahn.  
 d. disp. th. 17. Bluhm. d. l. 50.* quid si appellans principalis  
 ipse sit advocatus in suâ causâ, vide distinguentes Bluh-  
 6 men *d. l. 1. 53.* & Roding. *d. l. 1. 19.* (4) Advocati successor,  
 seu substitutus Bluhm. *d. l. 1. 55.* Roding. *d. l.* (5) Præstant  
 7 hoc solenne de jure Camerali quoque Appellatus, ejus suc-  
 cessor, Advocatus, & hujus surrogatus si appellationi ad-  
 harere & nova deducere velint Bluhm. *d. l. 1. 58.* Ro-  
 8 ding. *d. l.* (6) Comites & Barones appellantes itidem hoc  
 juramentum præstare tenentur vigore.  
 Recess. Imp. *de anno 1654. §. zum sechsten 117.* qui  
 9 tamen non in propriâ personâ, sed per mandatarium ju-  
 10 rant *d. §. 117. infr. c. 4. sect. 1. art. 1. n. 13.* (7) An Reges  
 & Principes appellantes hoc præstare debeant? ratio du-  
 11 bitandi est, quod hoc juramentum appellationis sit jura-  
 men-

mentum calumniæ, ut infra c. 4. sect. 1. art. I. n. 1. & seqq. dictum; à juramenti calumniæ præstatione autem hujusmodi personæ summam & regalem dignitatem habentes & in judicio litigantes eximantur, propter summam earum majestatem & personæ qualitatem calumniæ præsumtionem excludentem Setser. 3. c. 3. n. 109. de jurament.

Affirmanda autem est quæstio, quia præstatio juramenti hujus est de formâ & essentiâ appellationis, si enim non præstatur, parit causæ præjudicium & appellatio deferitur, propter textum expressum in d. Recess. Imp. de anno 1654. §. 117.

Jurant autem itidem per mandatarium, ne deterioris sint conditionis ac Comites & Barones. Ad rationem dubitandi responderetur, quod juramentum hoc appellationis dicatur quidem juramentum calumniæ & etiam in quibusdam cum eo conveniat, sed tamen non sint eadem juramenta, neque hoc cum illo parem & eandem vim & efficaciam habeat. Juramentum calumniæ enim in causâ simplicis querelæ præstandum omitti potest, hoc autem appellationis minime.

Et ex hisce dictis patet etiam (8) omnes illas personas, quæ aliàs à juramenti calumniæ præstatione immunes sunt, hoc appellationis juramenti recusare non posse: cum hoc sub præjudicio & amissione causæ omitti non possit.

Item quod (9) etiam illi, qui in primâ instantiâ juramentum calumniæ præstitere, itidem hoc, appellationis, jurare teneantur, quia causâ appellationis alia & diversa est à causâ appellationis & in causâ appellationis quis injuste litem movere potest, etiamsi in causâ primæ instantiæ id

non fecit post Mynfinger. Speckhan. Setfer: 3. c. 4. n. 27.  
 18 *de jurament.* (10) An hoc juramentum per mandatarium  
 præstari possit? Oldekop. *in tr. de jurejurand. in alterius  
 anim.* negat, juramenta per mandatarium in principalis  
 animam præstari posse, Feldman a. *in tr. de jurejurand. in  
 alter. anim. quem contra Oldekopsum scripsit*, & alii Jcti hoc  
 affirmant, dicentes, quod etiam mandatarii hoc juramentum  
 in animam sui constituentis præstare possint. adde Lau-  
 terb. *in tract. Synoptic. ad ff. de juramentis in gener. §. 1. n.*  
 195. Circa quam sententiam tamen observandum, quod d.  
 Recess. Imp. de anno 1654. §. 117. expressè velit, hoc jura-  
 mentum ab appellantibus in personâ sub præjudicio cau-  
 sæ esse præstandum, ut etiam supra *hoc capite n. 3.* dictum  
 20 & nullis aliis personis, nisi Comitibus & Baronibus per  
 mandatarium jurare indulgeat, inde exceptione regulæ  
 unâpositâ cæteræ exceptiones exclusæ arguuntur *per l. 12.  
 §. 43. ff. de instrum. legat. Tabor. in Barbof. locuplet. lib. 5.  
 c. 22. axiom. 4. Bluhm. in process. Cameral. c. 48. n. 34. &  
 sq.* adhuc duas habet exceptiones, quas etiam infra *c. 4.  
 sect. 1. art. 1. n. 13. vide.* Sic etiam in ipsa Camera hoc ju-  
 ramentum per mandatarium præstari potest. 1. Si judex  
 inferior nullum privilegium de non appellando habeat  
 Bluhm. *d. l. c. 48. n. 48.* 2. Si judex inferior privilegium  
 habet, sed tamen in eo non continetur, quod juramentum  
 appellationis coram judice inferiori præstari debeat Bluhm,  
*d. l.* 3. Si judex inferior privilegium de non appellando,  
 & coram se præstando habet sed appellantem ad juramen-  
 21 ti præstationem admittere non vult Bluhm. *d. l.* De ju-  
 re Holfatico res est plana, quia in *Holst. Landg. D. p. 4. tit.  
 2. n. 3.* expressè dicitur, juramentum hoc per mandatari-  
 um



um speciale mandatum habentem præstari posse. Quod  
convenit cum jure Comm. Berlich. 1. *Concl. 31. n. 4.* Feld-  
man. *tr. d. jurejur. in alter. anim.* Carpz. *p. 1. constit. 12. def. 39.*  
*n. 2.* Setser. *3. c. 3. n. 86. de jurament.* & hoc casu tenentur hi 22  
mandatarii & in principalis & suam propriam animam si-  
mul jurare, de jure Holsatico Holst. *Landg. D. p. 4. tit. 2.*  
*n. 4.* & Communi *infra b. c. 3. sect. 1. n. 81.*

Si mandatarius tertium substituerit, tertius hic substi- 23  
tutus tam in animam suam, quam mandatarii & principa-  
lis jurare tenetur, Setser. *d. l. n. 89.* ubi itidem requiritur,  
ut in instrumento substitutionis substituto huic potestas data  
sit in animam mandatarii jurare.

Sic etiam seres habet in actoribus tutorum & curato- 24  
rum, hi enim, quando ipsi liti pupillorum ac minorum a des-  
se non queunt, per mandatarios agere ac excipere possunt,  
qui actores dicuntur. Si ergo hi actores appellant, & so-  
lennia præstare volunt, debent tam in suam quam princi-  
palem suorum tutorum ac curatorum, animam jurare. Sunt  
enim veri mandatarii.

Quod etiam procedit in eo Actore, qui à curatore mu- 25  
lieris constituitur. Nam & hic tam in suam, quam mulie-  
ris ac curatoris constituentis animam jurare debet.

Limitatur autem hæc nostra superior assertio in pro- 26  
curatoribus Camerae, qui, licet juramentum hoc semper  
etiam non requisiti in animam principalis præstare tenean-  
tur, in suam animam tamen non jurant. *Gemein Bescheid*  
*S. 1. de 28. Januar. 1657.*

Sic etiam ille mandatarius tenetur, qui liti Dominus 27  
est factus, litemque mandatario nomine ad sententiam usque  
definitivam peregit, licet principalis alium mandatarium  
ad

- 28 ad hoc juramentum præstandum constituerit i. quia mandatum post litem contestatam absque causæ cognitione revocari nequit *l. 22. C. de Procurator ibique Brunnem. l. 17. ff. cod. Wesenb. in ff. de Procurat. n. 11. Ludwell. in notis ad d. n. 11. Ungep. ad X. cod. n. 54. Zanger. de exceptionib. p. 2. c. 8. n. 46. Manz. de Procuratorib. tit. 3. n. 335. & seqq. Struve. in Syntagm. de Procurat. th. 37. Colleg. Argent. cod. th. 103. Carpz. Decis. 45. Donell. enucleat. 18. lib. 17. 2. quia prior mandatarium majorem scientiam injustitiæ litis ex actis consecutus est, quam hic posterior habere potest, inde etiam eò facilius à præstatione juramenti deterretur, & lis finem sortitur.*
- 29 Sic etiam principalis, qui causam per se gessit, non potest procuratorem constituere ad præstandum hoc juramentum. *Spekhan. centur. 3. class. 4. quæst. 2. n. 11.*
- 30 Quæritur, si dominus per procuratorem egerit, tempore ferendæ sententiæ autem ipse in judicio compareat & à sententiâ publicata appellet, num ipse an ejus mandatarium teneatur hoc juramentum præstare? Resp. ipsum principalem juramentum hoc præstare debere, & non mandatarium, quia instantiâ primâ finitâ procuratoris officium itidem finitur *Manz. de Procurator. tit. 3. n. 332. Wesenb. in ff. cod. n. 11. neque obstat d. l. 22. ubi dicitur, quod Dominus, si per mandatarium suscipere non possit; quia hæc lex loquitur de eo casu, quo judicium & prima instantia adhuc durat, hic autem, ubi Dominus à sententiâ definitivâ appellat, instantia est finita & officium mandatarium extinctum. (11) Tutores nomine pupillari appellantes tenentur præstare Juramentum hoc, quia lex injungit illis*
- ap-

appellationem, *textus expressus est in l. 11. C. de administrat. tutor. ibique Brunnem. Scaccia quest. 5. n. 40. de Appellation. Clezel. c. 2. n. 11. de Appellation. Manzius tit. 7. quest. 4. n. 92. de tutel.* appellatio autem absque solemnibus his facta est nullius momenti, nec devolvitur ad judicem ad quem, ergo ut tutor hoc consequatur, tenetur etiam hoc solenne appellationis præstare.

Alias tutor omne damnum sarcire tenetur actione tutelæ. *d. l. 11. Clezel. d. l.*

Cum etiam alias ad juramentum calumniæ præstandum sit obligatus *l. 2. §. 2. ibique Brunnem. C. de jureperand. propt. Calumn. Bluhm, in Process. Camer. c. 67. n. 81.*

Si autem plures sint tutores, vel omnes appellationem interponere & juramentum in persona præstare, vel uni è tutoribus speciale mandatum ad appellandum & in suam animam jurandum dare debent, non enim sufficit, si unus eorum nomine tutorio seu pupillari agat, appellationem interponat, & solennia præstet, sed omnes hoc facere debent. 1. quia damnum periculumque omnibus est commune. 2. quia quod omnes tangit ab omnibus debet approbari *per l. 11. ff. de servitut. rusticor. prædior.* 3. quia tutor absque consensu sui contutoris nihil valide agere potest in judicio *Carpzov. tit. 5. art. 3. n. 81. in process.*

Et quamvis de jure civili aliter sit statutum & quilibet tutorum in solidum agere, & conveniri possit *l. 24. §. 1. ff. de administr. & pericul. tutor. l. un. C. si ex plurib. tutorib. Brunneinan. ad d. l. 24. Gothofred. in not. ad eand. leg. Carpzov. Decis. 26. n. 12. Berlich. p. 1. concl. 14. n. 17. tamen hodie ab illo jure in Camerâ Spirensi & foro Saxonico recessum est *Carpzov. d. art. 3. n. 82. & decis. 26. n. 15. Berlich.**

lich. *d. n. 1. 22. & seqq.* Brunnem. *ad. d. l. 24. n. 10.* & singuli tutores non audiuntur.

- 40 Dico autem in foro Saxonico. Extra illud enim & ubi jus civile viger, unus tutorum solus appellare solenniaque præstare & appellationem justificare potest:
- 41 Quod etiam ampliatur in pluribus mandatariis ad unam causam datis, si sc. in solidum constituti fuerint, nam quia horum unus absque altero in iudicio agere potest. Carpz. *Decis. 26. n. 11.* sequitur, quòd etiam unus eorum absque reliquis juramentum hoc in suam & principalis animam præstare possit.
- 42 Tutores autem hi non in animam pupillorum, sed suam ipsam jurant, siquidem per juramentum hoc compe- scitur temeritas hominum contentiosorum, ac in lites & appellationes facile proruentium, quæ sanè in ipsos pupillos non cadit, siquidem hi causam scire & intelligere non censentur *d. l. 2. §. 2. C. de jurejurand. propt. calumn. ibique* Brunnem. (12.) Curatores minorum itidem præstare de- bent, quia & hi ad interponendam & prosequendam appel- lationem sunt obstricti Brunnem. *ad d. l. 11. C. de administr. tutor.* Scaccia *d. q. 5. n. 41.* Struve *in syntagm. juris Civil. de ap- pellation. recipiend. tb. 11.* & si plures sint unius minoris curato- res, omnes tenentur, ut de tutoribus jam *n. 35.* dictum Carpz. *d. art. 3. n. 81.*
- 44 Curatores autem hi debent esse à magistratu compe- tente constituti & confirmati Carpz. *ad art. 3. n. 39.* non autem tantum rogati, erbetene Curatores. *adde infr. n. 62.*
- 45 Jurant hi itidem in suam, non autem minorum suo- rum animam. Brunnem. *ad d. l. 2. §. 1. 2. & 3. C. de jureju- rand. propt. Calumn. 1.* quia constat inter omnes fragile esse &

& infirmum hujusmodi ætatum consilium *l. 1. pr. ff. de minorib.* ejusmodique ætatis, ut sua negotia ipsi tueri non possint *pr. Inst. de curatorib.* nec 2. ipsimet minores, licet ve-<sup>46</sup> liat, appellare, solenniaque præstare possunt, quia solennium præstatio est actus judicialis, à quo minores arcentur, cum legitimam personam standi in judicio non habeant, neque curatore non consentiente litem intendere, vel exipere debeant *l. 2. C. qui legitim. person. stand.* Zanger. *p. 2. c. 8. n. 5. de exception.* Richter *in centur. regul. II. n. 16.* cui consentit jus Holfaticum *Holfstein. Landg. D. p. 2. tit. 7. n. 2.* Lubecense *lib. 1. tit. 7. art. 8.* & Saxonicum. *Process- und Gerichts D. tit. 7. pr.* neque etiam 3. minor vel aliæ hujusmodi personæ, sed ipsi, qui pro eis curam gerunt, scire possunt causam *d. l. 2. §. 2. C. de jurejur. propt. calumn.* id est, justitiam causæ, ut *Gl. ad d. l. 2. §. 2.* explicat. Et quod tutores & curatores, non autem pupilli & adulti hoc juramentum præstare debeant, docent *ex d. l. 2. §. 2.* Wefenbec. *in Cod. eod. n. 6.* Perez. *in Cod. eod. n. 5.* Scaccia *lib. 2. c. 1. n. 165. de judiciis.*

Ex his dictis etiam patet, quid dicendum sit de eo<sup>47</sup> casu, quo parens nomine filiæ suæ adhuc in potestate sua existens in judicio egit & appellavit, utrum is juramentum appellationis, an vero filia illud præstare debeat, vel utrum ambo, & pater & filia jurare debeant? nimirum filia, sive præsens sit in judicio sive absens, quia adhuc est minorennis, non tenetur jurare, nec parens in ipsius animam, sed sufficit, si pater in propriam animam juret. (13)  
Cum femina & mulieres, neque pro se, neque pro aliis<sup>48</sup> judicio comparere ibique agere, nec se defendere possint, sed ad exemplum pupilli iis curator ad litem, Krigischer

Vormund / Beystand / à judice constituatur tam de jure veteri Saxon. Land-Recht lib. 1. art. 46. ibique Gloss. n. 2. Land-Recht lib. 2. art. 63. & Gloss. ad lib. 3. art. 30. n. 4. Zanger. p. 2. c. 8. n. 95. de exception. Berlich. 1. concl. 15. n. 3. Carpzov. p. 1. constit. 1. def. 30. & in process. tit. 5. art. 3. n. 48. & seqq. & novellis Augusti constitutionibus p. 2. constit. 15. quam nostro Holfatico Landg. D. p. 2. tit. 7. n. 2. ibi: durch das Gericht. ac Lubecensi lib. 1. tit. 7. art. 8. & passim in 49 totâ Germaniâ Mauritius Consil. Kiloniens. 2. n. 13. ab illis tamen, qui de jure Comm. pupillis minoribus &c. dentur, & de quibus jam n. 43. actum est, longè diversi sint, ac proinde illorum jure censi non debeant, uti docet Wibell. c. 3. §. 8. n. 117. & seqq. de contractibus mulier. non immeritò quaeritur, utrum hi, an verò mulieres ipsæ juramentum appellationis præstare debeant?

50 De jure civili res caret dubio, quo feminae legitimam personam standi in judicio habent, inque eodem solæ comparere, litigare, & proprias causas tractare & deducere possunt l. 1. §. 5. ff. de postuland. Berlich. 1. concl. 15. n. 2. Wibell. d. l. c. 3. §. 8. n. 4. unde etiam pro se appellare appellationemque justificare & prosequi queunt: siquidem etiam Wibell. d. l. c. 4. n. 96. statuit, quod mulier, licet legitimam personam standi non habeat, hodie appellationem interponere possit.

51 De jure Saxon. veteri itidem mulier ipsa juramentum hoc appellationis præstare debet, per textum generalem in Land-Recht lib. 1. art. 46. ibi: Wo es aber der Frauen zum Eynen kömmt / die sollen sie selber thun / und nicht ihre Vormünder Carpz. tit. 11. art. 1. n. 148. process. consentiunt Wibell. d. l. c. 3. §. 8. n. 109. & Rauchb. p. 1. q. 8. n. 9. ipsam

ipsam dicentes mulierem per se ipsam non per curatorem aut procuratorem juramentum delatum præstare debere, quæ juris Saxonici dispositio, pergit *Kauchb. d. l. n. 10.* non in delato aut judiciali tantum, sed etiam in purgatorio, suppletorio, in litem, calumniæ, aut quolibet alio juramento locum habet. Dicendum ergo est, mulierem ipsam, si in lite per procuratorem actâ appellatione opus sit, hoc juramentum de jure Saxonico veteri præstare debere.

Cum autem hæc juramenti præstatio actus sit judicialis, quem mulier absque consensu & autoritate Curatoris hodie peragere non potest, *per superiora n. 48.* sed consensus & autoritas ante, vel in ipso actu interponi debeat *Berlich. p. 2. concl. 18. n. 14. & seqq.*

Sequitur, curatorem tempore præstandi juramenti in judicio, vel eo in loco, in quo femina jurare vult vel debet, præsentem esse, inque præstationem consentire debere.

Autoritas enim in scriptis per epistolam, nuncium, aut procuratorem interponi nequit. *Berlich. d. l. n. 18.* & hoc jure Saxonico veteri, cum deficiat consuetudo rationalis etiam in Holsatia utendum *Holst. Vandg. D. p. 2. tit. 3. n. 11. ibi. in mangel. Mauritius Consil. Kilon. 7. n. 15.*

Si tamen mulier ipsa in judicio præsens non sit, potest Curator ad litem appellare, & juramentum in mulieris animam præstare, quo casu autem præter curatorium mulieris mandatum speciale ad hæc facienda habere debet, cum etiam ad delationem juramenti præter curatorium speciali mulieris mandato instructus esse debeat *Carpz. in process. tit. 11. art. 1. n. 146. & seqq.* Quamvis idem *Carpz. lib. 3. respons. 14. n. 23. & d. tit. 5. art. 3. n. 93.* statuatur Curatorem hunc præter curatorium speciale aliquod mandatum

tum mulieris habere non debere (1. Cum curatores minorum illo opus non habeant, & curatores feminarum cum illis comparandi sint. (2. Quod mulier ipsa legitimam personam standi non habens curatorem per speciale mandatum legitimare non possit. Non tamen video, quomodo sententia hæc stare possit, cum ipsa mulier non curator de jure Saxonico jurare debeat. Si ergo in propria persona non jurat, tenetur hoc facere per Curatorem vel etiam mandatarium, Curator autem vel mandatarius in feminæ animam absque speciali ejus mandato jurare nequit.

58 Hoc autem casu, quo Curator in animam Curandæ jurat, cum de munere procuratoris participet, tenetur etiam in suam animam jurare, ut omnis alius procurator, qui in principalis & suam animam jurat.

59 Num autem solennia rite sint præstita, si curator solus in suam animam juraverit & cautionem præstiterit? negativam amplector exinde, quod ipsa mulier, cujus lis ventilatur, jurare debeat, per tradita *n. 57*. Curatoris autem juramentum non est mulieris jusjurandum: insuper hic in animam feminæ jurare nequit, cum potestatem ob defectum mandati à muliere non habeat, cum animâ enim alterius itidem se res habet, ac cum aliis bonis & rebus, quas quis absque mandato tractare nequit.

60 An autem Curator ipse, licet mulier præsens sit, & juramentum hoc præstiterit, vel præstare parata sit, hoc juramentum etiam in suam animam præstare debeat? secundum Carpzovii mentem responderetur quod sic, quia 1. Curatores mulierum æquiparantur tutoribus ac curatoribus pupillorum ac minorum Carpz. *d. art. 3. n. 93*. tutores ac curatores minorum autem in suam animam jurare debere



bere supra n. 42. & 45. traditum est. 2. Quia hi curatores sæpissimè majorem injustitiæ litis noticiam habent, quam ipsa mulier. Et hoc, quod sc. parte adversa exigente curator hoc juramentum quoque præstare debeat, etiam de jure nostro Holfatico affirmandum censeo, ubi Curatoribus mulierum debita diligentia in litibus usque ad finem illarum adhibenda injungitur. Landg. D. p. 2. tit. 7. ibi. und sollen die Kriegische Vormünder gehalten seyn sich mit den Sachen zu beladen/ und den Partheyen/ derentwegen sie verordnet/getreulich fürzustehen. Quæ verba sanè curatoribus mulierum appellationis interpositionem, & per consequens solennium præstationem, cum appellatio sine his nulla sit, injungunt.

Curator autem hic mulieris debet esse à magistratu competente constitutus & confirmatus supra n. 44. inde filius, qui est legitimus curator suæ matris, sed à magistratu non confirmatus, in causa matris præsentis & appellantis non ritè matri interponit autoritatem ad hoc, ut juramentum ab eâ legitimè præstitum dicatur, ratio, quia nullus curator admittitur, & actui alicui consentire potest, nisi à magistratu competente constitutus & confirmatus, Carpz. in Process. tit. 5. art. 3. n. 39. Berlich. p. 2. concl. 18. n. 23. Mauritius Consil. Kilon. 2. n. 14. Cum quo & congruit jus Lubense lib. 1. tit. 7. art. 6. circa fin.

Sic maritus, qui est legitimus curator suæ uxoris de jure Sax. si nomine uxorio in judicio agere velit, & appellare necesse habeat, tutius agit, si curet, ut uxor curatorem alium sibi à magistratu constitui faciat, cujus autoritate litem suam marito demandet, eique mandatum solenne cum clausulis consuetis tradat, tum enim vigore hujus maritus

ritus omnia, ut alius mandatarius peragere potest. **Inde** & juramentum appellationis tam in suam, quam uxoris animam præstare tenetur, non autem in animam illius curatoris, quia is non totius litis curam gerit, sed saltem certi alicujus actus, nim. constituendi mandatarii; maritus e contra totius litis ac causæ curator est.

65 (14.) Præfectus, Officialis, Minister Principis, Comitatus, Nobilis &c. qui causam Principis, Comitatus, Nobilis &c. peregit & illius nomine appellavit, juramentum hoc appellationis præstare debet, sicut alius mandatarius Mevius p. 4.

*Decis. 113. § p. 3. Decis. 191.*

66 Ut & illi, qui officii ratione causam alienam agunt, hoc præstare debent, ut de Capitularibus Sretinensibus docet Mev. 6. *Decis. 412.* 1. quia hæc solennitas legibus & moribus introducta. 2. quia non minus, qui alienam quam qui propriam causam agunt, frivolas lites movere queunt.

67 (15.) Si plures sint litis unius consortes vel plures hæredes ex jure defuncti agant, & appellatione opus sit, quaeritur, utrum omnes Consortes vel hæredes eam interponere, & juramentum appellationis præstare, vel mandatarium communem constituere specialeque mandatum ad hæc facienda dare debeant, an vero unus hæredum vel consortium appellare, juramentumque præstare possit, ad hoc ut reliqui appellationem justificare queant, & victoriæ emolumentum ad eos pertineat?

68 E jure civili notum est, quod si plures conjunctim sint gravati & gravamen omnes tangat, una appellatio sufficiat, & reliqui tacentes etiam appellasse intelligantur *l. 10. §. 2. ff. Appellation. l. 1. §. 2. C. si unus ex pluribus appellav. Gail. 1. observ.*

*observ. 126. n. 3. Hartman. Pistor. lib. 1. q. 47. Mevius p. 1. Decif. 88. Scaccia de appellation. q. 5. n. 58. Brunnem. ad tit. Cod. si unus ex plurib. § 28. in process. Civil. n. 23. Nicolai in Process. p. 2. c. 1. n. 9. Perez. in Cod. si un. ex plurib.*

Sed hæc sententia hodie in iis judiciis, in quibus solennia appellationis introducta sunt, non procedit, quod exindè probo: consors litis vel coheres agit aut appellat vel nomine proprio tantum, vel nomine proprio & consortium simul: Si proprio nomine tantum appellat, saltem agit pro suâ quotâ & portione. Ad integram enim summam, quæ omnibus consortibus vel cohæredibus communis est & debetur, agere nequit, cum integra sibi non debeatur; Si autem nomine proprio & consortium simul appellat, tenetur nomine consortium, vel cohæredum mandatum exhibere, cum nemo sine mandato procurator alterius rectè esse possit:

Et licet consors pro consorte absque mandato cum cautione rati admittatur Mevius p. 2. decif. 347. Berlich. 1. conclus. 14. n. 52. Carpz. in Process. tit. 5. art. 6. n. 50.

Hoc tamen non procedit in iis casibus, qui speciale mandatum requirunt Berlich. d. l. n. 42. Rosbach. in Process. civil. tit. 14. n. 12. Carpz. p. 3. decif. 206. n. 12. qualis est (1.) præstatio juramenti in alterius animam Mevius p. 1. Decif. 237.

Sic etiam (2.) unus cohæredum in causa cohæredum communi documenta absque speciali mandato reliquorum cohæredum recognoscere nequit, licet de rato cavere velit Carpz. p. 3. Decif. 306. cum ergò hæc solennia sub pœna perdendæ litis ab appellantibus sint præstanda *Infr. c. 6. n. 5. & seqq.* consors autem ob defectum specialis mandati ea præstare non possit, & exindè reliquorum cohæredum vel con-

consortium portio amittatur, sequitur, quod aut omnes consortes vel cohæredes appellare solenniaque præstare, aut mandatum speciale ad hæc facienda uni cohæredum vel alii alicui dare debeant. Nam & praxis judiciorum hodie recepit, ut non omnes consortes aut tutores simul compareant, & corporaliter jurent, sed sufficit unum omnium nomine jurare, ubi tamen requiritur, ut speciale mandatum à cæteris exhibeat Mevius *d. Decif. 237.*

73 (16) Civitas, Universitas, Collegium, Zunfft / Gilde / Innung / Amt / non aliter in judicio agere, nec quando convenitur, se defendere potest, quam per Syndicum l. 1. §. 1. ff. quod cujusque Universitas. nom. Wesenbec. in ff. eod. n. 7. Struv. ad ff. eod. tb. 39. Carpz. p. 1. conslit. 13. def. 5. in process. tit. 5. art. 4. n. 1. p. 3. respons. 41. n. 1. & seqq. & Decif. 26. n. 1. Manz. de Advocat. Procurat. tit. 5. n. 15. Rauchb. p. 2 q. 1. n. 1. cui congruit Jus Hollaticum. Landg. D. p. 2. tit. 6. n. 12. ibi. Wo eine Communitet. ratio, ne causa Universitatis per plures scissa adversario sit nocumento Carpz. d. art. 4. n. 3. & d. Respons. 41. n. 3. Rauchb. d. l. n. 2. & naturale vitium fit, negligi quod commune est l. 2. pr. C. quand. & quib. 74 quart. pars. Manz. d. l. n. 15. inde etiam Civitas, Universitas, Collegium per Syndicum, si injustam aut iniquam prolatam esse sententiam putet, appellationem non tantum interponere, sed etiam prosequi & justificare tenetur Scheinem. in Diss. Inaugurali habitâ Tubingæ 1656. sub Præsidio Dn. Lauterbach's de Syndicis c. 2. tb. 96. & cum omnis appellans juramentum appellationis præstare debeat, universitatisque excepta non reperiatur, quæritur, quis hoc juramentum præstet?

75 Quoad juramentum judiciale, quod Universitati defertur,

fertur, res est plana de jure Saxonico novo, præstant enim hoc tres, vel quatuor è senioribus, vel alii, quibus res melius est comperta *Novell. Augusti constit. 13. p. 1. Carpz. in Process. tit. 11. art. 2. n. 47. & p. 1. Constit. 13. def. 1. n. 3. & d. respons. 41. n. 6. Struve in Syntagm. quod Universitat. nomin. vel. tb. 44. Berlich. p. 1. concl. 31. n. 16. Scheinem. d. l. c. 2. tb. 90. non autem Syndicus. Et hanc Saxonum sententiam Carpz. d. Constit. 13. def. 4. & tit. 12. artic. 1. n. 35. Struve d. l. etiam ad juramentum calumniæ extendunt, ut nimirum & hoc non per Syndicum sed per tres vel quatuor Universitatis Seniores præstari debeat, cum hi regulariter res collegii optime scire præsumantur, & an calumniosè & frivole lis ab Universitate moveatur, norint.*

Jurant autem hi tres vel quatuor non nomine totius Universitatis aut Collegii, sed nomine proprio, inde etiam mandato Collegii opus non habent *Carpz. d. art. 2. n. 58. & d. Respons. 41. n. 12. & seqq.* qui tamen *p. 1. Constit. 13. def. 3. n. 1.* contrarium statuit adferens seniores hos aliosvè de Universitate vel collegio in animam aliquorum, & sic periculo omnium de corpore Collegii jurare. Sed cum posteriora derogent prioribus, & posteriores cogitationes prioribus meliores sint, *Carpzoviusque responsa sua & processum post jam editas definitiones forenses conscripserit, dicendum est, responsis & processui standum esse.*

Cum hac juris Saxonici dispositione convenit jus Civile. Etenim *in l. 2. §. 5. C. de jurament. propt. calum. dand. major pars, vel magis idonea hoc juramentum præstare jubetur Carpz. d. respons. 41. n. 4. & in l. 79. ff. de condition. & demonstrat. administratores & Seniores jurare jubentur. Idem sentiunt Brunnem. add. l. 97. n. 2. Setzer. de jurament. lib. 3. c. 3. n. 44.*

E

De

79 De jure Communi autem per Syndicum præstari debere, si speciale mandatum hoc habeat, statuunt Speckhan. cent. 3. class. 4. quest. 2. n. 10. Berlich. 1. concl. 31. n. 33. Speculat. §. restat. 3. de jurament. calumn. n. 2. Wesenb. in ff. quod cujusque universit. nomin. n. 8. & in Cod. de jurejurand. propt. Calumn. n. 6. Mantz. d. l. p. 77. Rosbäch. in Process. civil. tit. 12. n. 39. Brunnem. ad. l. 2. §. 5. C. de jurejurand. propt. calumn. Beuf. ad rubric. de jurejurand. n. 187. Scaccia libr. 2. c. 1. de judiciis n. 198. & n. 251.

80 Nam (1. quia Syndici partibus procuratorum funguntur, & parem in causis universitatis totiusque collegii habent potestatem, quam procurator in negotiis privatis Mantz. d. l. n. 72. Wesenbec. d. l. n. 8. Rosbach. d. l. n. 36. Struve d. l. tb. 44. procuratorque privatus, qui litis Dominus est factus, juramentum hoc præstare cogitur, ut supra n. 21. & seqq. dictum, Syndicique (2. litem nomine collegii in primâ instantiâ peregerunt & (3. pro formâ processus requiritur, ut per Syndicum peragatur, ut supra n. 73. dictum.

81 (4. Juramentum calumniæ per procuratorem non tantum in animam mandantis & principalis Berlich. 1. concl. 31. n. 14. Carpz. p. 1. const. 12. def. 39. n. 2. Feldman. tract. de jurejurand. in alter. anim. Speckhan. d. l. etiam de jure nostro Holfatico Landg. D. p. 3. tit. 6. & p. 4. tit. 2. fin. Sed etiam (5. in ipsius procuratoris propriam simul præstari debet tam de jure Communi Speckhan. d. l. Gail. 1. Observ. 88. n. 1. Rosbach. d. l. tit. 50. n. 5. quam Camerali, quod Gail. d. l. ex formulâ juramenti calumniæ, quæ in Ordinat. Cammer. p. 1. tit. 65. habetur, probat, & Holfatico Landg. D. p. 3. tit. 6. & p. 4. tit. 2. ibi: Soll solcher Eyd durch Ihn (Procuratorem) nicht allein in seines principalis, sondern auch

auch seine des Procuratorn selbst eigene Seele vollzogen werden.

Et (6. speciale mandatum ad hoc requiritur Zanger. 82  
p. 2. c. 8. n. 38. Mantz. de advocat. Procurator. tit. 3. n. 218. etiam  
de jure nostro Holfatico Landg. D. d. tit. 6. § p. 4. tit. 2. non  
injustè dicitur, juramentum hoc à Syndico speciale manda-  
tum habente in suam & eorum, qui de Universitate & Col-  
legio sunt, animam præstari debere.

Et quamvis Scaccia d. l. n. 21. statuat, quod si Univer- 83  
sitas Oeconotum, Syndicum seu Procuratorem generalem  
habeat, iste Syndicus de calumniâ in propriam animam  
jurare debeat, propterea quod legitimam habeat admini-  
strationem, valde tamen dubito, quin hæc sententia in fo-  
ro locum sibi vindicet.

Et huic nostræ sententiæ, quod juramentum appel- 84  
lationis in causâ Universitatis per Syndicum seu Procura-  
torem præstari debeat, adstipulatur Blushm. in Process. Ca-  
meral. tit. 48. n. 46. dicens: Si civitas vel alia communitas  
ad Cameram appellavit, præstat hoc juramentum procu-  
rator instructus speciali mandato, quod sigillo civitatis &  
adjectâ subscriptione: Bürgermeister und Rath daselbst/  
munitum est. Mevius p. 7. Decis. 388. huic sententiæ quo-  
que adstipulatur. Ubi tamen addit, quod si Universitas  
Syndicum non habeat, Seniores hoc juramentum præ-  
stare debeant. Quod si & hi hanc præstationem denegent,  
cæteri de Collegio hoc præstare possint. Seniores enim  
ipsi Collegio cæterisque Collegis hac suâ recusatione nocere  
nequeant. vide p. 8. Decis. 3. ubi plura de facultate Senio-  
rum congestit.

Aliter tamen se res habet, si non totus Senatus civi- 85  
tatis

ratis alicujus, sed tantum pars ejus appellat, tum enim singuli appellantes juramentum hoc in personam præstare debent, ratio, quia tum non ut collegium sed ut singuli appellant.

Et cum Syndicus speciale mandatum ad præstandum hoc juramentum habere debeat, operæ pretium putamus, si ostendamus, quomodo & qualiter mandatum seu Syndicatus hic conficiatur.

86 Aliter autem constituitur Syndicus in civitatibus, aliter in magnis Universitatibus, aliter in pagis, villis & collegiis.

87 In civitatibus & oppidis Syndicus constituitur tantum à Consulibus & Senatoribus, absque interventu tribunorum plebis & reliquorum civium Carpz. p. 1. *constit. 13. def. 7. & tit. 5. art. 4. n. 25.* Struve in *Synagm. juris civil. quod cujusque universitat. nomin. lb. 42.* Inde etiam mandatum hoc seu Syndicatus tantum civitatis sigillo munitur, nec subscriptione aliquâ opus est Struve d. l. Carpz. p. 1. *Decis. 28.* requirit autem Berlich. p. 1. *concl. 14. n. 78.* subscriptionem Consulium, eamque sufficere docet.

Uti autem mandatum, *Wollmacht* / conscribitur, ita etiam Syndicatus, quia hic in locum mandati surrogatur, ipsumque mandatum est. Carpz. d. art. 4. n. 23. indeque soler illi inferi. (1.) quis Syndicum constituat. (2.) ad quas lites, ubi etiam illi actus, qui speciale mandatum requirunt, exprimendi, (3.) contra quos, (4.) quomodo sit constitutus (5.) cautio rati, (6.) sigillum & subscriptio constituentium, si extrajudicialiter Syndicatus conficiatur.

88 In magna Universitate, quæ Consules & Senatores non habet, constituitur Syndicus à majore parte illorum, qui de uni-



universitate sunt, hique Syndicatui nomina sua subscribunt  
Carpz. *d. const. 13. def. 8. n. 2. & d. art. 4. n. 34.*

In pagis & villis autem ipsimet incolæ Syndicum con-89  
stituerentur, subscriptis Syndicatui omnium ac singu-  
lorum constituentium nominibus Carpz. *d. def. 8. n. 1. & d.*  
*art. 4. n. 33. Struve d. l. tb. 42.* Hisce tamen duobus casibus  
hodie necesse est, ut tutores & curatores pupillorum & mi-  
norum ad Syndici constitutionem adhibeantur, & Syndi-  
cus præter hunc suum Syndicatum etiam tutoria & curato-  
ria pro legitimatione suæ personæ exhibeat, Struve *d. l.*  
Carpz. *d. Def. 8. n. 4. & d. art. 4. n. 44.*

In collegiis opificum sufficit subscriptio actuarii, de 890  
Ants. Schreibers & Collegii sigillum Carpz. *d. art. 4. n. 25.*  
quamvis non raro singula Collegii membra sua subscribant  
nomina sigillaque apponant. Carpz. *d. l.*

Hoc Syndicatus instrumentum non tantum extraju-91  
dicialiter conscribi solet, eo modo, quo hætenus dictum,  
sed etiam judicialiter, & coram Notario & testibus.

Judicialiter, vel coram Notario & testibus ita, quan-92  
do Universitas, Collegium, vel major pars Universitatis, si  
magna ea sit, coram Judice vel Notario comparent, huncque  
vel illum Syndicum suum denominant, constituunt, pote-  
statemque suo nomine agendi &c. tribuunt, (ubi tamen  
ea, quæ speciale mandatum requirunt, exprimenda,) de  
quo instrumentum à Judicii Actuario, vel Notario confi-  
citur, & Syndico extrahitur. Nec præterea quidquam in  
instrumento Notarii requiritur, modo is omnes & singulos  
incolas, vel majorem eorum partem, vel omnia Collegii  
membra requisierit, & hoc in instrumento asseruerit, etiam  
si nomina ipsorum non expresserit Berlich. *p. 1. Concl. 14.*  
E 3 n. 89.

n. 89. Carpz. d. art. 4. n. 36. Nèc opus habet Judicis vel Notarii instrumentum aliquà constituentium subscriptione, sed solo judicii signeto, aut Notarii autorisatione munitum subsistit Carpz. d. art. 4. n. 37. & d. decis. 28.

93 (17.) Consiliarios Statuum Imperii etiam hoc juramentum appellationis in suam animam præstare debere ob appellationes suorum Dominorum in Camerâ justificandos tradit Roding. in *Pandect. Cameral. adauct. lib. 1. tit. 26. n. 19.* à quo tamen Bluhme in *Process. Cameral. tit. 48. n. 56.* dissentit. Et cum juramentum hoc de non temerè appellando sit calumniæ juramentum, ut infra c. 4. sect. 1. art.

94 1. n. 1. dicitur, ministrique Principum insigniores & præcipui, ut *Stadthalter / Amtleute / Marschall / Cansler / Râthe /* &c. ab illius præstatione exempti & immunes non sint, Mevius p. 4. decis. 238. cum omnes, cujuscunque dignitatis sint, præstent. Wesenb. in *Cod. de jurejur. propt. calumn. dand. n. 6.* sequitur & hos, si propriam causam agant & appellent, hoc appellationis juramentum præstare debere.

95 (18.) Sacerdotes & Clericos ab hujus juramenti præstatione non immunes esse, sed illud æquè ac secularis calumniæ teneantur Ungep. ad X. de jurament. calumn. n. 9. Obrecht. tr. de jurament. calumn. c. 7. n. 6. Rittershus. ad *Instit. de pœn. temer. litigant. p. m. 733.* crescente enim malitiâ clericorum inductum fuit, ut hoc juramentum etiam ab iis 96 exigeretur *Sindelshaus. c. 8. de jure Patronat. n. 27.* ubi plures ita sentientes allegat. Cùm hoc genus hominum non minùs affectibus regatur, quàm alii privati, uti Matthæum Colerum verissimè scripissè ait Carpzov. p. 1. *consil. 16. def. 89. n. 9.*

(19.) Mul-

(19.) Multæ sunt civitates, quæ privilegium de non 97  
 evocando habent, cujus vigore cives coram extraneo judi-  
 ce conveniri & comparere non possunt, nec debent; si  
 tamen hujusmodi cives coram judice extraneo litigare,  
 actionem instituere, eam prosequi & appellare necesse ha-  
 beant, & lex, consuetudo judicii hujus extranei, ac privi-  
 legium de non appellando juramentum de non temerè ap-  
 pellando exigit, tum cives hi appellantes ad hoc juramen-  
 tum coram judice hoc extraneo præstandum obstricti sunt,  
 nec ob id ad judicem suum revocare possunt, ut in termi-  
 nis terminantibus docet Mevius p. 4. *Decis. 67.*

Idem juris esse statuo in reis, qui ad extraneum judi- 98  
 cium contra hoc privilegium evocantur, ibique respon-  
 dent, & litem contestantur, quia hoc modo ultro renun-  
 ciant suo juri & judicem extraneum agnoscunt, inde etiam  
 illius legibus, formalibus processibus se submittere debent.  
 De illo forensi, qui incompetentiam fori opposuit supra c. 3.  
 n. 9. egimus.

(20.) Personæ, quæ administrationem alienarum re- 99  
 rum autoritate legitimâ gerunt, in propriam animam præ-  
 stare debent hoc juramentum l. 2. §. 2. C. de jurejur. prop. ca-  
 lumn. dand. ibique Brunnem. *Speculat. §. restat. 3. juram. calumn.*  
*pr. Scaccia lib. 2. c. 1. n. 194. de judiciis, & quidem sine alio man-*  
*dato Scacc. d. l. n. 205.*

Sunt autem administratores legitimi, qui autoritate 100  
 juris vel judicis aliena negotia gerunt, hæc enim duo fa-  
 ciunt legitimum administratorem, sc. decretum legis & de-  
 cretum judicis Scaccia d. l. n. 204. Sic legitimi admini-  
 stratores sunt Oeconomi Ecclesiarum, Kirch-Geschworne/  
 Brunnem. d. l. Scacc. d. l. n. 202. hospitalarii, Armen Dor-  
 ftebe

stehere / Scaccia *d. l. n. 200.* Syndicus Universitatis, nam & hic dicitur legitimus administrator, ex quo in ejus deputatione intervenit decretum Magistratus Scacc. *d. l. n. 198.* Oeconomi Universitatum, *Alsterleute / Vorsteher / Wesenbec. in Cod. de jurejurand. propr. calumn. dand. Pater*, qui autoritate juris legitimus est administrator bonorum filii adventitiorum Obrecht. *d. tr. c. 6. n. 2.* A tutoris & curatoris, quia & hic per decretum Magistratus constituitur Scacc. *d. l. n. 196.* Tutores & Curatores Brunner. *d. l. Scaccia d. l. n. 195.* & quod hi administratores in propriam animam jurent, docet & probat Scaccia *d. l. n. 207.*

## CAP. III. SECT. II.

## Qui debent præstare cautionem.

## SUMMARIA.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Appellans præstat de jure Camer.                  | tenetur, negatur n. 16.   |
| 2. De jure Holsatico.                                | 11. 12. Quousque se extendat cautio primæ instantiæ cum n. seq. |
| 3. Possessionatus aliàs non satisfacit.              | 13. Causa reconveniendi exprimentanda.                          |
| 4. Ampliatur.  | 14. Cautio primæ instantiæ non est cautio appellatiõis.         |
| 5. Tenetur satisfacere.                              | 15. Præjudicata.  |
| 6. Limitatur.  | 17. In secunda appellatiõne iterum præstanda.                   |
| 7. De jure Holsatico tenetur.                        | 18. Pauper tenetur.   |
| 8. Statutum explicatur per observantiam subsequutam. |   |
| 9. Quomodo cavet possessionatus.                     |   |
| 10. Qui in primâ instantiâ cavet,                    |   |

**C**um sectione superiori. de subjecto unius solennis, juramenti scilicet egerimus, exigit ordo, ut hac sectione 2. de subjecto alterius solennis, cautionis nim. quidpiam dica-

dicamus. Debent autem omnes appellantes cautionem hanc præstare, hoc præsupposito si vel consuetudo iudicii, vel lex provinciæ generalis, vel privilegium de non appellando solennia introduxerit. Ex Recessu Imperii novissimo *de anno 1654. §. auch zum sechsten n. 7.* appellans ad Cameram tenetur præter juramentum appellatorum etiam cautionem præstare, si nimirum privilegium de non appellando ab Imp. Statibus Imperii & iudiciis inferioribus concessum illam efflagitat, *ibi: gleichmäßig die Caution, wenn sie in dem Privilegio erfordert / geleistet.*

Quod etiam de jure nostro Holsatico procedit, nam 2 appellans sive à iudiciis Præfecturarum, *der König- und Fürstlichen Aemter / Landg. D. p. 1. tit. 2. n. 20. ibi. die Bestellung.* sive Prælatorum & Nobilium Landg. *D. p. 1. tit. 3. n. 4. & n. 7.* sive Civitatum Landg. *D. p. 1. tit. 4. n. 27. ibi. jedoch auf Masse ic. sive Quatuor-civitatum, Privilegium der Holsstein. Städte / n. 14.* sive à Land-Gericht Landg. *D. p. 4. tit. 1. n. 7. ibi. es soll auch ic. appellet ac provocet, ubique cautionem præstare debet.*

Quæritur, num is, qui bona immobilia eaque ab ære 3 alieno libera in iudicio appellationis, sive à quo, possidet, cautionem præstare teneatur? videtur negandum, quia aliàs actor possessionatus reo in primâ instantiâ pro expensis & reconventionem cavere non tenetur, tam de jure civili *l. 15. pr. ff. qui satisdar. cogunt. Brunnem. in process. civil. c. 8. n. 9. Zanger. de exception. p. 2. c. 21. n. 25. Berrich. p. 1. concl. 20. n. 4.* quàm Saxonico *Novell. August. constit. p. 1. constit. 5. Carpz. in process. tit. 9. art. 5. n. 63. & Lubecensi lib. 3. tit. 5. art. 5.*

Quæ sententia ampliatur, ut procedat, sive actor in 4

F

loco,

loco, quo actionem instituit, immobilia habeat, five non, modò ea sint in eadem provinciâ l. 7. §. 1. ff. d. l. Zanger. d. l. n. 25. Mevius ad Jus Lubecense d. art. 5. n. 12. Carpz. p. 1. constit. 5. def. 3. n. 3. cum qua juris civilis dispositione convenit quoque jus Saxonicum, quo actor non tenetur satisfacere, licet in judicio non sit possessionatus, modo immobilia in Electoratu habeat d. Novell. constit. 5. Carpz. d. def. 3. n. 4. & d. tit. 9. art. 5. n. 70. Berlich. d. l. n. 12. & jus nostrum Holfaticum quoad judicium Provinciale, Schleswig- und Holsteinische Land- Gericht. Actor enim Holfatiæ, si reum Slesuicensis Ducatus in judicio Provinciali Land- Gericht conveniat, & in uno horum Ducatum possessionatus sit, cogi non potest ad cautionem pro reconventionem, & vice versâ testante experienciâ, quia reconventio in hujusmodi subditis locum non habet Landg. D. p. 3. tit. 10. quod tamen limitatur in judiciis inferioribus Præfecturarum, Nobilium & Civitatum, in quibus cautio ab actore præstanda, si actor & reus uni eidemque judicio subjeti non sint.

5 Sed quia hæc nostra cautio pro solenni ac formali appellationis habetur, siquidem cum cæteris formalibus appellationi esse dat, ne deserta aut nulla fiat vide infr. c. 6. n. 2. & seqq. forma autem ad unguem observanda sit Schultes ad Modestin. Pistoris p. 4. quæst. 155. n. 8. & seqq. dicimus possessionatum ad hanc obstructum esse, nisi consuetudo, lex & privilegium, ex quibus tribus fontibus hæc solennium præstatio scaturit, contrarium velint.

7 De jure nostro Holfatico sententia hæc probatur (i. ex generalitate textus der Landg. D. in omnibus enim locis, in quibus mentionem hujus cautionis facit, generaliter

ter

ter loquitur, & appellantis absolute & simpliciter hanc cautionem injungit, ubi ergo lex inter appellantes possessionatos & non possessionatos non distinguit, nec nos distinguere debemus. (2. Ex usu fori, & præjudicatis Holsaticis. Sic anno 1668. 28. Maji in causa Johannis Thomßen appellantis/ contra Heinrich Uppendorffs Wittwe/ in judicio Quatuor Civitatum appellatio pro non devoluta est declarata, & appellans in expensas litis condemnatus, propterea quod cautionem non præstitit, non obstante, quod appellans sufficientibus immobilibus in loco judicii a quo seu appellationis instructus fuerit.

Statuti autem non melior interpretis est, quam ex observatione Mevius *p. 3. Decis. 125.* Struve in *Syntagma. jur. civil. de constit. Princip. 26. 52.* & consuetudo statuti optima interpretis *l. 37. ff. de legib. l. 38. eod.*

Inde solent appellantes, qui in judicio a quo possessio-9 nati sunt, in Holsatiâ bona sua immobilia loco hujus cautionis tempore interpositæ appellationis judicialiter hypothecare, hancque hypothecam stipulatâ manu Consuli vel judici factam protocollo inferi facere, teste experientiâ.

Ex quibus etiam hanc quæstionem: utrum appellans, 10 qui jam in primâ instantiâ cautionem pro reconventionem & expensis præstitit, ad hanc nostram cautionem etiam teneatur, & ita denuo cavere debeat? affirmativè decidimus (1. quia cautionis præstatio est formale appellationis, *sup. hoc cap. n. 5.* (2. quia generaliter & indistinctè omnibus appellantis injungitur *hoc cap. n. 7.* (3. quia cautio in primâ instantiâ pro expensis præstita finita hac instantiâ etiam finitur, nec ad expensas secundæ extenditur, inde ratione harum novâ cautione opus.

12 Neque cautio pro reconventionem ab actore in primâ instantiâ præstita extendi potest ad expensas secundæ instantiæ, ut inde reus appellatus appellentem in iudicio conventionis reconvenire possit ad expensas in puncto appellationis sibi causatas. 1. quia tempore primæ cautionis præstitæ actio expensarum secundæ instantiæ appellato nondum erat nata, non entis enim nullæ sunt adfectiones, 13 nullæ qualitates. 2. quia plerumque in iudiciis reus cautionem pro reconventionem exigens causam reconveniendi exprimere & manifestare tenetur, quod expressè sancitum in iure Lubecensi 5.3. 3. quod sanè fieri haud potuit, cum reus nesciverit, num actor cautionem præstans appellare velit, nec ne, inde quò appellatus has secundæ instantiæ expensas in iudicio conventionis consequi possit, utilis & 14 necessaria est cautio hæc altera. 4. quia hæc cautio, quæ in primâ instantiâ est præstita, non potest dici cautio appellantis, cum tempore præstitæ cautionis nondum appellaret, & appellantis nomen meruerit.

15 Et secundum hanc sententiam obtinui anno 1670. in Deputation - Bericht in Kiel in causa Jochim Hofmeistern Appellaten / contra Frohböfen / Appellanten. Item, in causa Claus Victor Hülschern Kl. / contra Peter Eberhard Brüggemann / nomine mandatario Henning Ehlers & curatorio seiner Schwieger - Mutter Besl. Licet enim hic actor in prima instantia cautionem præstiterat, quia tamen eam tempore interpositæ appellationis omiserat & appellatus contra formalia excipiebat, appellatio pro non devoluta est pronunciata, & in Land - Bericht confirmata. Sententia iudicii Tetrapolitani hæc erat:

In Sachen C. V. H. Klägern und Appellanten eines/  
ent



entgegen und wider P. E. B. Capit. Leutenanten in Vollmacht H. E. als seines sel. Schwieger-Vaters N. N. ausgestellten Bürgen/so dann nomine curatorio seiner Schwieger-Mutter appellaten andern Theils/principaliter prärenti debiti, iſo non devolutæ appellationis.

Erfennen verordnete Holsteinische Städte / Kiel (quia lis principalis coram Magistratu Rendesburgensi erat ventilata, abque ejus sententia provocatum, hic iudex ad sententiam hanc concipiendam & publicandam non adhibebatur) Iſeho und Oldesloh der hinc inde beschenehen und erwogenen Handlungen nach hiemit vor Recht: Alldieweil aus denen vorihro producirten Actis prioris instantiæ erhellet / daß der Appellante die übliche cautionem daselbsten nicht bestellet/und also der Landg. D. in hoc passu sein Gnügen gethan/daß er derowegen auch mit seiner appellation in hoc iudicio nicht zu hören/sondern dieselbe pro non devoluta zu erkennen / in massen sie krafft dieses pro non devoluta erkannt / und also die Sententia à quâ an Richter voriger Instanz remittiret / wie auch der Appellant zu Erstattung dieser Instanz - Unkosten salvâ moderatione condemniret wird B. R. B. Publicatum Kiel / den 3. August. 1670.

Sententia iudicii Provincialis, in qua prior hæc sententia confirmata, est hæc:

In Sachen Appellationis C. V. H. klagenden Appellanten eines / wider P. E. B. mandatarium Heming Ehlers zu Rendesburg und Curatorem seiner Schwieger-Mutter N. N. beklagten Appellaten andern Theils / iſo devolutionis.

Ist von Uns Christian dem V. von Gottes Gnaden König zu Dänemark / Norwegen / der Wendten und Gothen/und von desselben Gnaden von Uns Christian Albrecht/

fen/ Erben zu Norwegen/ Postulirten Coadjutore des  
 Stiffts Lübeck/ beyden Herzogen zu Schleswig/ Holstein/  
 Stormarn und der Dithmarschen/ Grafen zu Oldenburg  
 und Delmenhorst/ Sevattern/ Schwägern und Gebrüder  
 samt unser beysitzenden Rätthen die angemaste Appellation  
 propter non præstita formalia in erster Instantz vor desert er-  
 kannt/ und die Sache ad iudicem primæ instantiæ zur exe-  
 cution der angeursachten Kosten aus König- und Fürstl. Cle-  
 mentz remittiret. V. N. W. Publicatum unter Unseren zum  
 Gerichte verordneten König- und Fürstl. Secreten. Geben  
 auf Unsern Herzog Christian Albrechten/ als dieses Jahrs  
 regierenden Herrn/ Schloß Gottorff den 30. Septembr.  
 1671. Mevius quidem *p. 3. decis. 396.* negativam eo in casu, ubi  
 appellans in primâ instantiâ cautionem iudicatum solvi præ-  
 stitit, tuetur, propterea quod (1.) hæc cautio iudicatum sol-  
 vi multo amplius præstet, quàm hæc appellationis cautio so-  
 lennis, & (2.) justè detrectetur ulterius cavere, ubi jam cau-  
 tum est; Sed vereor ut hæc sententia in foro locum habeat,  
 ubi cautio pro solenni & formali appellationis habetur.

17 Inde etiam is, qui primâ vice appellavit, & in primâ  
 instantiâ cautionem præstitit, hanc denuò & secundâ vice  
 præstare debet, si secundo appeller.

18 Cum etiam is, qui alterum in iudicio convenit & jura-  
 mentum paupertatis præstitit, reo ad cautionem teneatur  
 Carpz. *tit. 91. art. 5. n. 39. in process.* Brunnem. *in Process. Civil.*  
*c. 8. n. 5.* si non pignoribus aut fidejussoribus præstitit, saltem  
 juramento, statuimus eum etiam hic ad cautionem præstan-  
 dam esse obligatum, tum ut appellatus securus sit de refun-  
 dendis in casum succumbentiæ expensis, tum ne appellatio  
 fiat nulla.

CAP. IV.

De forma solennium.

SUMMARIA.

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Quid veniat hęc nomine forma.</p> <p>2. Hęc stricte observanda.</p> <p>3. Non impletur per equipollens.</p> <p>4. Cujus iudicii leges observanda.</p> <p>5. Si lis super solennibus, quis iudex? cum n. seqq.</p> <p>10. Quousq; iudici manus ligata.</p> <p>11. Cautela pro appellante.</p> <p>12. Cautela pro appellato, &amp; n. 16.</p> <p>13. Qui tacet, consentit.</p> <p>14. Quid appellato agendum, si appellans nomine mandatorio egerit, &amp; appeller, mandatum autem speciale ad appellandum non habet?</p> <p>15. Ad solennia prestanda requiritur mandatum speciale.</p> <p>17. Num solennium prestationem appellatus expresse exigere debeat.</p> <p>18. Prestantur parte adversa citata, remisivè.</p> <p>19. Intra quem terminum.</p> <p>20. Ubi prestanda.</p> <p>21. An coram Notario &amp; testibus.</p> <p>22. An coram Commissariis.</p> <p>23. Oblatio sola non sufficiat.</p> <p>24. Limitatur cum n. 28. &amp; 30.</p> | <p>25. Si plura sunt requisita, omnia observanda.</p> <p>27. A reiectione Appellationis provocandum.</p> <p>29. Culpam tertio non nocet.</p> <p>31. Quomodo oblatio facienda.</p> <p>32. Quomodo solennium prestatio conscribenda.</p> <p>34. Officium Actuarii.</p> <p>36. Appellans probat, se legitime solennia prestasse.</p> <p>37. Si plura sint rei alicujus requisita, omnia adimpleri debent.</p> <p>39. Protocollo magna fides.</p> <p>40. Ab instrumentis ad Protocolla argumentari licet.</p> <p>41. Pro Protocollo presumitur.</p> <p>42. Contra Protocollum admittitur probatio.</p> <p>43. Quae debet esse liquida.</p> <p>44. An delationi iuramenti locus sit.</p> <p>46. In quibus casibus iuramentum deferre licet.</p> <p>48. Num iudici an Protocollo magis credatur.</p> <p>50. Quando Actuario credatur.</p> |
|--|---|

**S**olennibus hisce appellationis certa forma & modus est præscriptus, secundum quem ab appellantis sunt præstanda: ad quam formam scilicet in latiori significato sumtam referimus modum, locum & tempus, quo præstatio horum fieri debeat, de quibus in seqq.

2 Hæc autem forma strictè observanda est, nisi appellatio pro non devoluta aut nulla pronunciari debeat.

3 Nec per æquipollens adimpleri potest *Mev. 6. Decif. 287.*

4 Suntque ratione modi præstandorum solennium statuta & observantia iudicii inferioris, à quo est appellatum, non autem iudicii ad quod, sequenda *Mev. 6. Decif. 288.*

5 Si lis inter partes de solennibus appellationis, ad quem iudicem, num ad iudicem ad quem, an ad iudicem à quo ejus cognitio pertineat, docet *Mevius 2. Decif. 63.*

6 Si enim appellans juramentum & cautionem aliter, ac appellatus petit, præstet, vel appellatus solennia aliter, ac in lege sunt præscripta, præstari velit, solet iudex à quo desuper interloqui. Huic enim competit jus & facultas super solennibus, eorumque præstatione justà vel injustà cognoscere, cum solennium præstatio in favorem iudicis à quo sit introducta *infr. c. 5. n. 8.* neque iudex à quo appellationi prius deferre tenetur, quàm legitime solennia sint præstita. *infr. c. 6. n. 13.*

10 Licet enim post appellationem interpositam jurisdictionis à quo extincta, ipsi manus ligatæ, & causa ad iudicem ad quem devolvi dicatur, tamen illud tum demum verum est, si solennia ab appellante legitime sint præstita *Textor. ad Recess. Imp. de anno 1654. disp. 11. tb. 50.* antequam autem hoc factum, iudicis à quo potestas non expirat. Et ita in Holsatiâ nostrâ iudicem à quo super validitate

tate aut invaliditate solennium sæpissimè cognoscere probat experientia quotidiana. Sic si quis nomine alieno appellare vult, non autem habet speciale mandatum ad præstanda solennia, pars adversa contradicit, exceptiones opponit, iudex desuper cognoscit, & appellationem refutat.

Securè quoque facit appellans, si petit iudicem interloqui dehere, solennia ritè & legitimè esse præstita, nam cum hæc interlocutoria transeat in rem iudicatam, omnem ulteriorem disputationem de solennibus finit ac tollit.

Et si appellatus vider appellantem hæc solennia non ritè præstare, tum aut contra ea coram iudice à quo excipiat, desuperque interloqui sinat, aut jura & exceptiones contra solennia competentes ad terminum justificandæ referret: solet enim hoc hodie etiam fieri, & solennium disputatio coram iudice ad quem peragi. Si autem taceat, nihilque horum faciat, in solennium præstationem consensisse eaque approbasse dicitur, nec in puncto prosequendæ contra formalia hæc excipere potest.

Quia si unus litigatorum in iudicio quid allegat, dicit, aut facit, adversarius autem illi non contradicit, aut negat, in id consensisse dicitur *Wesenb. in ff. de confess. n. 5. Rosbach. in Process. Civil. tit. 65. n. 35. Colleg. Argentor. de Confess. tb. 9. & in judicialibus ex omiſſa contradictione consensus inducitur Rosbach. d. l. Marant. in Spec. aureo p. 6. tit. de dilationib. n. 12. nec quod semel placuit, amplius displicere, aut semel approbatum reprobari potest per l. 13. §. 10. ff. ad l. Jul. de adult. l. 17. C. de testib. quod etiam eo in casu ab appellato observandum est, ubi quis alterius nomine in primâ instantiâ egit, & postea appellavit, mandatum autem speciale ad solennia præstanda non produxit, tum*

G

enim

enim aut excipiat de inhabilitate appellantis, ut jura sua reservet.

15 Mandato autem speciali ad præstanda solennia opus est, quia præstare juramentum in alterius animam, alteriusque bona hypothecare, sunt res magni præjudicii, in quibus semper speciale mandatum requiritur. Et quoad juramenti præstationem in alterius animam est textus expressus in l. 17. §. fin. ff. de jurejur. ibique Brunnem. n. 6. Zanger. 2. c. 8. n. 38. de except. Mantz. de Advocat. & Procurat. tit. 3. n. 218. clariorque textus est in Holst. Landg. D. 4. 2. 3. ibi: Er habe dann von seinen Principalen einen ausdrücklichen Gewalt / mandatum speciale, solchen Eyd zu leisten.

16 Si appellatus videt, solennia hæc aliquo vitio laborare, nec sufficienter præstita esse, melius agit, si contra illa in judicio à quo non excipiat, sed jura sua & exceptiones contra ea ad punctum formalium reservet, quia priori modo, si appellatus excipiat, appellans errorem in termino corrigere potest, quod termino effluxo ipsi denegatur.

17 Num autem appellatus appellantem de præstandis solennibus admonere debeat vide supr. c. 3. n. 8. & infr. c. 6. n. 9. & seqq.

18 Debent autem solennia hæc præstari parte alterâ ad id citatâ vide infr. hoc cap. 4. sect. 1. art. 1. n. 34.

19 Quando & intra quem terminum præstanda sunt? quoad juramentum vid. cap. hoc 4. sect. 1. art. 3. quoad cautionem d. c. 4. sect. 2. art. 3. Quid autem si judex à quo præstationem solennium protrahat, vel eam planè admittere, aut appellationi deferre nolit infr. hoc cap. 4. sect. 1. art. 2. n. 8. & seqq.

Ubi

Ubi præstanda? quoad juramentum *vide d. c. 4. sect. 1. 20*  
*art. 2. quoad cautionem autem c. 4. sect. 2. art. 2. non autem 21*  
 præstantur coram Notario & testibus, coram quibus appel-  
 latio est interposita, quia solennium præstatio est actus ju-  
 dicialis, & jurisdictionis contentiosæ, cujus capax non est  
 Notarius, peragique debet parte adversâ ad id citatâ, quam  
 citandi potestatem Notarius non habet.

Coram Commissariis autem ad id à judice ad quem <sup>22</sup>  
 deputatis præstare solent eo in casu, (1. quo judex à quo  
 appellationi interpositæ deferre recusat aut (2. solennium  
 præstationem faciendam ultra terminum differt, aut (3. co-  
 ram Notario & testibus appellatur, tum enim ad supplicanti  
 appellantis judex à quo mandatur, vel alius aliquis com-  
 mittitur, ut solennium præstationem legitime suscipiat &  
 fieri sinat. Hæc præstatio coram Commissariis tamen  
 raro fit.

Quæritur etiam hic, num sufficiat oblatio ad præsta- <sup>23</sup>  
 tionem solennium, an verò realis præstatio necessaria sit?  
 Resp. de jure nostro Holsatico, oblationem non sufficere,  
 sed requiri realem & actualem præstationem ob verba der  
 Landgerichts-Ordnung / quæ ipsum actum innuunt, *sic p. 1.*  
*tit. 2. n. 20. ibi Præstirung & p. 4. tit. 1. n. 1. ibi: Das er gelo-*  
*be und schwere / plures textus paralelos vide infra c. 4. sect. 1.*  
*art. 1. n. 33. Et Recess. Imp. de anno 1654. §. 117. ipsam rea-*  
 lem præstationem in termino sub præjudicio causæ facien-  
 dam injungit. Quoad cautionem adstipulatur Nicolai ad  
 Friderici *Process. p. 1. c. 36. n. 13. Limitatur & oblatio sola*  
 sufficit (1. Quando quis appellationem interposuit, se ad so- <sup>24</sup>  
 lennia obtulit, judex autem appellationi deferre, vel solen-  
 nium præstationem admittere non vult. Debet enim ap-  
 pellans

pellans non tantum interponere appellationem, sed etiam se ad solennia præstanda offerre, quod hisce formalibus fieri solet: Cajus appelliret / und ist præstanda zu præstiren et bötig / wie er sich dann hiemit ad iuramentum appellationis, und Sempronium zum Bürgen offeriret. Etenim ad formalia appellationis requiritur non tantum, ut appellatio ritè & intra legitimum tempus, ut in continenti, vel intra decendum interponatur, sed etiam ut solennia debito modo præstentur.

25 Quando enim lex duo conjunctim requirit, non sufficit alterutrum fieri, sed utrumque adimpleri necesse est. Gail. 1. obs. 3. n. 3. & 2. Obs. 19. n. 17. Barbosa locuplet. 3. tit. 68. Et quia hoc casu, quo iudex apostolos refutatorios dat, ipsa realis præstatio fieri haud potest, necesse est, ut appellans loco præstationis realis verbalem præstet, nim. se ad eam offerat & paratum esse dicat.

26 Quæ oblatio non tantum in primâ appellatione necessaria est, sed etiam in secunda, sc. quando iudex dat apostolos refutatorios, & ita appellationi interpositæ deferre non vult, tum enim appellans à denegatâ rejectione appellationis iterum & ita secunda vice appellare Brunnem. 27 in process. civil. c. 28. n. 54. Clezel. de Appellation. c. 4. n. 7. & c. 5. n. 52. Carpz. in process. tit. 18. art. 3. 74. & ad solennia præstanda se offerre debet: adde infra c. 4. sect. 1. art. 2. n. 8.

28 (2. Quando culpa, quare solennia non sunt realiter præstita, non est penes appellantem, sed penes iudicem, vel alium aliquem.

29 Siquidem non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri l. 74. de R. J. nec culpa alterius alterum prægravare l. 22. §. 1. C. de inoffic. testam. neque culpa unius alteri



teri nocere Barbof. *locuplet. lib. 3. c. 73. axiom. 5.* (3. Si quis<sup>30</sup>  
coram Notario & testibus appellat, offerre se debet ad so-  
lennia.

Solet quidem appellans in schedulâ appellationis se<sup>31</sup>  
offerre ad solennia præstanda, verum hoc non sufficit, sed  
requirere debet Notarium & testes, ut judicem à quo  
adeant, ipsi, quod appellans solennia præstare paratus sit,  
notum faciant, & terminum ad illorum præstationem pe-  
tant. adde infra *c. 4. sect. 1. art. 2. n. 9.*

Hic etiam Judiciorum Secretarii, Actuarii, & Nota-<sup>32</sup>  
rii observent, quod solennium præstationem eo modo,  
quo præstita sunt, in præsentia judicis & in loco iudicii  
actis inserant (1. quia officium ac juramentum, quod præ-  
stititerunt, se nimirum fideliter omnia acta conscribere vel-  
le, hoc requirit. (2. quia plurimum litigantibus interest  
scire, num ritè solennia sint præstita, nec ne;

Si ergò Actuarius videt solennia vel in continenti, vel  
ex intervallo, præstari, etiam ita consignare debet, illa in  
continenti, vel ex intervallo esse præstita. Et non in gene-  
re scribat: Sempronius appellavit, & solennia præstitit,  
sed in specie temporis mentionem facere debet: Semproni-  
um stante pede & in continenti appellasse, & simul solennia,  
ut juramentum & cautionem præstitisse.

Sic si quis per mandatarium appellavit, tenetur Actua-<sup>33</sup>  
rius expressè scribere, num mandatarius mandatum specia-  
le ad præstandum juramentum appellationis in mandantis  
animam habuerit, num hoc juramentum in principalis &  
suam animam præstitit, & num in continenti an ex inter-  
vallo hoc factum. Debet enim Actuarius omnia iudicii<sup>34</sup>  
acta in præsentia judicis & Assessorum diligenter annotare

& fideliter registrare, quo non tantum quid actum sit, sed & quid non sit gestum, atque adeo negativa probari possit  
 35 Brunnem. *in process. civil. c. 1. n. 8. Ex cap. quoniam 11. X. de probationib.* ubi specificè enumeratur, quid Actuarius conscribere debeat, tenetur quoque loca, tempora, & personas consignare: Loca, quo constet, num in loco iudicii, an extra illud actus sit gestus. Tempus, ut constet, quo die, & hora diei quid actum. Personas, sc. tam litigantium, quàm iudicis ac Senatorum. Quoad illos, ut sciatur, num ipsi principales, an verò eorum mandatarii in iudicio egerint: quoad hos, ut sciatur, qui iudicium & Assessorum præsentés fuerint, & sententiam tulerint. Stryk. *de iure Protocol. c. 5. n. 55.*

36 Non ergo sufficit, si Actuarius scribat: Titius hat appelliret und die solennia abgestattet / sed tenetur hoc casu appellans probare, se legitimè & in termino legali, qui apud nos in Holsatia est in continenti, solennia præstitisse appellans enim formalia suæ appellationis justificare debet, *per vulgata* ad horum justificationem autem requiritur probatio non tantum præstationis solennium ipsius, sed etiam præstationis legitimæ: duo enim ratione solennium appellans probare necesse habet, 1. se solennia præstitisse. & 2. solennia ritè & legitimè præstitisse.

37 Quando autem lex duo conjunctim requirit, non sufficit alterutrum fieri, sed utrumque adimpleri necesse est, *ut hoc cap. n. 25. dictum.*

38 Quæritur, si in Protocollo habeatur, quod appellans stante pede appellaverit, & simul solennia præstiterit, appellatus autem hoc in exceptione suâ neget, & ad probationem se offerat, num audiendus sit? Videtur dicendum, quod

quod non, 1. quia Protocollo plena fides habetur Berlich. 39  
 1. *concl. 8. n. 24.* Mevius. 1. *decif. 119. 2.* quia argumentum 40  
 ab instrumentis publicis ad protocolla judicialia valet  
 Mauritius p. 1. *consil. 19. n. 5.* instrumenta autem publica 41  
 plenè probant, ergò & protocolla judicialia 3. quia pro  
 Protocollis stat præsumtio Mev. d. l. *Decif. 120. n. 3.* sed af- 42  
 firmativa verior est, & admittitur contra protocollum pro-  
 batio Berlich. d. l. n. 26. Mevius d. *Decif. 120. n. 3.* Mauritius  
 d. *consil. 19. n. 4. & seqq.* non autem obstant rationes du-  
 bitandi, quia tam protocollum, quàm instrumentum pu-  
 blicum probationem in contrarium admittunt, & præsum-  
 tionem veritatis pro protocollo tam diu stat, donec con-  
 trarium probatur: per *Dd. jam allegatos.* Probatio autem 43  
 contra Protocollo debet esse liquida clara & exacta, Ber-  
 lich. d. l. n. 27. inde delationi juramenti non esse locum, di- 44  
 cit Berlich. d. l. n. 27. Aliàs appellatum super exceptione 45  
 suâ contra solennia oppositâ appellanti juramentum defer-  
 re posse, si exceptio hæc ex Protocollo infringi non possit,  
 affirmare non dubito, quia in quavis causa & lite hæc dela-  
 tio locum habet l. 3. §. 1. ff. de *jurejurand. l. 34. pr. ff. eod.* Ber- 46  
 lich. 1. *concl. 29. n. 31.* Rosbach. in *process. civili tit. 66. n. 15.*  
 Carpz. in *process. tit. 11. art. 1. n. 18.* etiam contra præsumtio-  
 nem juris Berlich. d. l. n. 30. quam delationem quoque de ju- 47  
 re nostro Holsatico ob generalitatem textus der *Landg. D.*  
 p. 3. *tit. 23.* locum sibi vindicare statuo.

Si protocollum & judex ratione præstitorum solen- 48  
 nium dissentiant, cui magis credatur? hanc quæstionem  
 tractat Mevius 1. *Decif. 120.* & ex eo Stryke de *jure Proto-*  
*coll. c. 6. n. 28.* ubi distinguunt inter Protocollo judicii  
 perfectum & imperfectum. Contra Protocollo à No-  
 tario

tario iudicii ritè & plenè conscriptum non admittunt iudicis assertionem, quod iudex ad ea, quæ in actis ab electo Notario consignantur, adstringatur & non faciat acta, sed ea observare, & secundum ea judicare debeat; Si verò protocollum fuerit mancum, mutilum, imperfectum vel ratione solennitatis, vel voluntatis partium magis credatur iudici, quàm protocollo.

49 Cum alias iudicis assertioni tamdiu stetur, donec contrarium probetur *Mev. 1, Decis. 118.* Defectus tamen ille protocollum prius ostendi & demonstrari debet *Mev. d. Decis. 120.*

50 Si Actuarius ita scripserit; Appellant hæc die Solennia behörig abgestattet. Num hæc verba sufficiant ad justificanda solennia? dico quod non, quia hæc verba important dijudicationem super solennibus, iudicis autem non actuarii est, judicare de legitimâ solennium præstatione. Neque obstat, quod fides protocollo & Actuario habenda sit, quia Actuarius hoc casu fines officii sui est egressus, & exinde pro privato habetur, & ejus attestato ut privati non credendum.

CAP. IV. SECT. I. ART. I.  
De Modo & forma præstandi juramenti appellationis.

SUMMARIA.

- |                                    |                                 |
|------------------------------------|---------------------------------|
| 1. Est species juramenti calumnia. | 5. Formula in Camera.           |
| 2. Ampl. de jure Holsatico.        | 6. In Holsatia.                 |
| 3. In quibus conveniunt.           | 7. De jure Lubec.               |
| 4. In quibus differunt.            | 8. Est juramentum credulitatis. |

- |  |   |
|--|---|
| <p>9. Si ad <i>Cameram</i> appellatur, ubi juramentum hoc præstatur.</p> <p>10. In <i>Camera</i> præstatur per <i>Procuratorem</i>.</p> <p>11. In cuius animam.</p> <p>12. In prima instantia per principalem ipsum.</p> <p>13. Limitatur.</p> <p>14. De jure <i>Comm.</i> per <i>Procuratorem</i> præstari potest.</p> <p>15. Hic jurat in suam &amp; principalis animam.</p> <p>16. Quomodo mandatum concipi debet.</p> <p>17. Præstatio juramenti in alterius animam est res magni præjudicii.</p> <p>18. Non requiritur novum mandatum.</p> <p>19. <i>Tutores</i>, <i>curatores</i>, quomodo jurant.</p> <p>21. <i>Universitas</i>, <i>Collegium</i>, quomodo jurat.</p> | <p>22. Quomodo civitas.</p> <p>23. Quomodo <i>Procuratores</i>.</p> <p>24. Quibus gestibus præstatur hoc juramentum.</p> <p>26. <i>Avisatio</i> de perjurio.</p> <p>27. <i>Formulare</i>.</p> <p>28. Non per <i>Scripturam</i> juratur.</p> <p>29. <i>Testis</i> in <i>Scriptis</i> deponere nequit.</p> <p>30. Neque cautio juratoria in scriptis admittitur.</p> <p>31. Ampliatur in <i>Camera</i>.</p> <p>32. In foro <i>Saxonico</i>.</p> <p>33. In <i>Holsatiâ</i> realis præstatio requiritur.</p> <p>34. <i>Pars adversa</i> citanda.</p> <p>36. Qui citandi.</p> <p>41. Si <i>pars adversa</i> contumax.</p> <p>42. Si absque citatione partis adversæ præstitum.</p> <p>43. Non fieri &amp; non legitime fieri sunt paria.</p> |
|--|---|

IN principio hujus articuli observandum, juramentum hoc appellationis esse speciem juramenti calumniæ illius generalis quod litigantes in principio, vel medio vel etiam fine litis de justitiâ suæ causæ præstare coguntur, & sub eo comprehendi, docente *Blumio* in *Process. Cameral. tit. 48. n. 56.* & *Rhodingio* in *Pandect. Cameral. adact. lib. 3. tit. 30. p. n. 140.* ubi ait, juramentum calumniæ aliud est, quod præstatur in causis appellationum, aliud, quod præstatur in causis simplicis querelæ.

H

Cum

<sup>2</sup> Cum quâ assertione convenit juris nostri Hofstæci dispositio, in Holstein. Landg. D. enim hoc juramentum expressè dicitur juramentum calumniæ ut (1.) *p. 1. tit. 2. n. 20. ibi:* auch Præstirung des Juramenti calumniæ. (2.) In privilegio der Holstein. Städte *s. 2. 17. ibi:* und geleisteten Eydes vor Gefährde. (3.) In privilegio de non appellando Maximiliani II. Imper. *s. 3. 24. ibi:* den Eyd Calumniæ, oder für Gefährde. & (4.) In privilegio Matthiæ Imp. *s. 5. 29.*

<sup>3</sup> Præterea conveniunt hæc juramenta, prout in Camera præstari solent 1.) ratione materiæ & formalium, quæ Bluhme in *Cammer-Concept p. 3. tit. 38. circa fin.* refert. 2.) ratione finis, utrumque enim præstatur de justâ lite & appellatione, quam litigantes & appellantes præstant.

<sup>4</sup> Differunt tamen (1. ratione temporis præstandi (2. ratione personarum præstantium & (3. ratione modi quoad Procuratoribus præstandum. De quibus omnibus vide Roding. in *Pandect. Cameral. adauct. lib. 3. tit. 30 p. m. 740.*

<sup>5</sup> Formulam juramenti hujus de jure Camerali præstandi refert Bluhme in *Cammer-Concept p. 3. tit. 38. in fin.* hanc:

Ich N. N. schwere einen Eyd zu Gott und auf das Heil. Evangelium/das ich gläube eine gute Sache zu haben/das ich auch keinen unnothdürfftigen gefährlichen Aufschub der Sachen begehre/auf des Gegentheils Vorbringen oder Erzählung der Geschichte in allen seinen Umständen ohne Gefährde antworten/ und so bald ich aus dem Beweißthume oder sonst in progressu der Sachen finden werde/das ich eine ungerechte Sache habe/davon abstehe/und mich deren gänzlich entschlagen wolle/von meinen neuen Einbringen (hæc & sequentia verba ex Recessu Imperii de anno 1654.

§. 311

§. zumalen aber us. sunt addenda) so mir bereits bey Ablegung des Eydes vorkommen / oder in Vollführung der appellation vorkommen möchte / in erster instantz keine Wissenschaft gehabt oder dieselbe dazumal einzubringen nicht vermocht oder für unnöthig und undienlich geachtet / nemehro aber davor halte / daß sie mir zu Enthaltung Rechtens dienlich sey / auch in dieser Sachen niemands anders dann denjenigen / so das Recht zuläßt / ichts was geben / oder verheiffen wolle / damit ich die Urthel erlangen möge. Alles getreulich und ohne Gefährde.

Formula in Holtatiâ usitata hæc habetur in Holtstein. 6  
Landg. D. p. 4. tit. 2. n. 2.

Ich N. N. schwere einen Eyde zu Gott und auf sein Heil. Evangelium / daß ich gänzlich gläube und davor halte / daß mir appellirens noth sey / und daß ich solche appellation nicht freventlich / noch zu Aufhalt und Verlängerung der Sache thu / daß ich auch alle meine Güter / so ich im Fürstenthum besitze / hiemit obligiret haben / oder in Mangel derselben sonst gnugsame Caucion und Versicherung mit Bürgen / oder Pfändung für Prosequirung der eingeworffenen appellation thun wolle / auf dem Fall ich in Rechten verlustig werde / Kosten oder Schaden nach rechtl. Ermäßigung mit samt der Sachen zu vergnügen und zu entrichten. Alles getreulich und ohne Gefährde.

In Judiciis Civitatum Holtaticarum, cum hæ ex Privilegio Regis & Principis jure Lubecensi utantur, præstatur formulare Lubecense, quod juri Lubecensi est annexum.

Ich N. N. gelobe u. schwere / daß ich von eines ehrbaren Raths gesprochenen Urthel nicht gefährlich oder in einer Widerparthey Gerechtigkeit zu verhindern appellire / und nicht anders

anders wisse oder verstehe/ denn daß ich eine gute gerechte Sache habe/und mir nach Satzung der Rechte nöthig meine Gerechtigkeit zu beschirmen und weiter Recht zu suchen/ daß ich auch derselben Appellation (wofern ich mich mit meinem Gegentheil nicht vertragen würde) in gesatzter Zeit der Rechten nach meinen besten Vermögen will nachfolgen/ ohn Gefährde/ so wahr mir Gott helffe.

- 8 Et autem hoc appellationis iuramentum non veritatis, sed credulitatis Brunnem. in *Process. civil. c. 15. n. 19. & ad l. 2. §. 1. 2. 3. C. de Jurejurand. propt. calumn. dand. Marant. in Specul. aur. p. 6. tit. de iurament. n. 26.*
- 9 Si ad Cameram est appellatum, præstatur iuramentum hoc vel in ipsa Camerâ vel in iudicio à quo.
- 10 Quando in Camerâ præstandum est, (quibus casibus id fieri debeat, infra *hac Sect. 1. art. 2. n. 2.* dicitur) tum præstatio illius fieri debet per Procuratorem Cameræ, qui speciale mandatum tam ab Advocato causæ, quàm principali ipso habere, & ibi producere debet. *Recess. Imp. de anno 1654. §. zumalen aber 118.*
- 11 Et tum Procurator in animam Advocati & principalis jurat, non autem in suam. *Gemein Bescheid de 28. Januar. 1657. §. 1.*
- 12 Si verò iuramentum hoc coram iudice à quo præstandum (quando hoc fieri necesse sit, infra *hac Sect. 1. art. 2. n. 1.* itidem dictum) appellans in personâ, & non per mandatarium sub præiudicio causæ jurare debet. *de Recess. Imp. de anno 1654. §. auch zum sechsten 117. Bluhm. d. l. n. 43.*
- 13 Limitatur tamen & per mandatarium speciale mandatum habentem coram iudice à quo præstari potest 1. Si Comes vel Baro appellaverit *d. §. 117. Mevius 8. Decis. 369.*  
2. Si



2. Si Civitas vel alia communitas provocavit *Bluhm. d. l. n. 46.* 3. Si appellans propter legitima impedimenta, ut ægritudinem, absentiam & alia in iudicio comparere nequit *Bluhm. d. l. n. 47.*

De iure Comm. quoque iuramentum hoc per Procuratorem præstari potest, dummodo habet speciale mandatum, & tum in suam & principalis animam simul jurare 15 debet, ut supra c. 3. sect. 1. n. 18. dictum, cum quo jus nostrum Holsaticum convenit, ut supra d. c. 3. sect. 1. n. 21. ostensum.

Circa tenorem mandati autem observandum, quod 16 illud sufficiens non sit, si in eo dicatur, *Der mandatarus soll appelliren und solennia præstiren. Neque: soll den Appellation-Eyd schweren.* Multò minus, si ita sonet: *soll meineswegen vel: in meinem Namen den Appellation-Eyd abstatfen: Diversa enim sunt, nomine meo jurare & in animam meam jurare, potest enim quis meo nomine, meineswegen/ propter me, jurare, ubi tamen in animam meam non jurat: sed ita debet concipi: soll den Appellation-Eyd in meine Seele schweren.* Quia præstatio iuramenti in alterius animam est res maximi præjudicii, quæ expressis verbis designanda.

Neque requiritur, ut Procuratori novum & speciale 18 mandatum super iuramento hoc in animam principalis præstando detur, sed sufficit prius, quod accepit, & vigore cuius in primâ instantia egit, modò specialiter & expressis verbis in eo scriptum sit, quod mandatarus hoc iuramentum in constituentis animam præstare debeat. *Setfer. 3. c. 3. n. 88. de iurament.* In *Recess. Imp. de anno 1654. §. über dieses verordnen 45.* certa formula specialis mandati adju-

randum est decreta, isti tenor juramenti, & avifatio de perjurio vitando inserta, & procuratoribus Camerae tradita *Gemein Bescheid de 25. Augusti 1656.* quam formulam refert *Blyhm. in Cammer-Concept. p. 3. tit. 38. in fin.* Quod sanè haud inutile foret, si etiam hujusmodi formula in judiciis inferioribus observaretur, quia hoc modo litigantes, si ipsa verba juramenti appellationis & pœna perjurii mandato infereretur ac ipsis prælegeretur, non tam faciles essent ad dandum & subscribendum mandatum appellandi & juramentum appellationis præstandi.

19 Tutores autem, curatores, alique administratores legitimi, ut Oeconomi Ecclesiarum &c. in suam, non pupilorum aut minorum animam jurare debent, ut supra *d. c. 3. sect. 1. n. 42. 45. 100.* dictum.

20 Quomodo curatores mulierum *d. sect. 1. n. 56. & seqq.*

21 Quomodo Universitas, Collegium jurent, vide eisdem supra *d. c. 3. sect. 1. n. 75.*

22 Et si Civitas per Syndicum jurat, jurat is in animam Collegii seu, *Bürgermeister und Rathß daselbst,* adde supra *c. 3. sect. 1. n. 79.*

23 Procuratores autem jurantes in animam domini seu mandantis referunt verba ad dominum, sc. Dominum calumniæ causâ non appellare, & ita consequenter prout tenor juramenti in quolibet judicio se habet *Speckhan. cent. 3. class. 4. quest. 2. n. 10.*

24 Ut autem reliqua juramenta, sic etiam hoc à maribus aperto capite, stante pede, & erectis duobus digitis prioribus ac pollice manus dextræ (per quos in hoc jurandi actu Sacrosanctam Trinitatem denotari iudices in avifatione de perjurio vitando dicere solent) duobus reliquis (per quos

quos animam & corpus indigitari volunt) in manum submissis; à fœminis autem duobus prioribus dextræ digitis in pectus finistrum positis, ore tenus & clarâ voce, prælegente Actuario præstatur, experientia & stilo iudiciorum teste.

Solet quoque iudex vel Actuarius formulam juramenti parti tantum prælegere, ubi tamen jurans audito jam jurejurando verbis declarare debet, hoc juramentum sibi juxta formam prælectam curæ & cordi futurum. Obrecht. *tr. de Juram. calumn. c. 10. n. 3.* adde Speckhan. *d. l. quest. 4. n. 9.* ubi etiam recenset, quosdam duos tantum digitos absque pollice elevare, rationesque istius ritus reddit.

Solet autem imò debet iudex appellantem, qui juramentum hoc appellationis jam præstare paratus est, certiora ac informare, quid sit jurare, & admonere, ne pejeret, quod avisationem de perjurio vitando dicere solemus. Quæ ut omnibus aliis juramentis, ita necessario huic ex Recept. Imp. *de anno 1654. §. 117.* præcedere debet.

Lubet hic subjicere antiquum & vulgatum avisationis de perjurio vitando formulare, cujus beneficio multos ad jurandum aliàs faciles sæpius à jurejurando deterrui.

Einem jeden frommen Christen ist vermöge Göttl. Schrifft nicht verboten / sondern zugelassen / in billigen Sachen zu schweren / dieweil geschrieben steht / daß der Eynd ein Ende alles Haders machet / und Gott selbst gebet / daß man alleine bey seinen Namen schweren solle / wie dann auch der Apostel geschrieben hat / da er spricht : Ich ruffe Gott an zum Zeugen auf meine Seel. In Summa : Wenn Gottes Ehr / der Obrigkeit Gebot / des Nächsten Noth und Liebe solches erfordert / als denn ist rechtmäßiges Schwören der Wahrheit zu Steur

Steur nicht allein erläubet / sondern auch zu Entscheidung der Sachen wohlgethan.

Hergegen aber ist der Mein-Eyde und das falsche Schwören eine greuliche und erschreckliche Sünde / welche GOTT nicht allein ernstlich verboten / sondern auch so wahr / als er lebe / hic zeitlich und dort ewig nicht ungestrafft lassen will.

Derowegen soll und muß ein ieder / dem ein Eyde zu schweren auffgelegt wird / und sich zum Eyde erbeut / oder andere dazzu dringt / vor alle Dingen diese nachfolgende Bedeutung des Eydes wol beherzigen und sich zu Gemütthe führen.

Zum ersten werden auffgehoben 3. Finger / der erste ist der Daum / bey welchen zu verstehen GOTT der Vater / bey dem andern GOTT der Sohn / bey dem dritten GOTT der Heil. Geist die letzten 2. Finger werde unter sich in die Hand gelegt / der erste bedeut die köstliche Seele / der kleinste aber den Leib.

Welcher Mensch nun so verwegen ist / und fälschlich / oder einen falsch unwahrhaften Eyde schweret / der schweret in aller Massen / als wann er spreche : so wahr als ich igo falsch und unrecht schwere / so bitt ich GOTT den Vater / GOTT den Sohn / GOTT den Heil. Geist / die Heil. Dreyfaltigkeit / daß ich ausgeschlossen und ausgesetzt werde aus der Gemeinshaft GOTTES und seiner Heiligen / sey ein Fluch meines Leibes / meines Lebens und meiner Seelen.

Zum andern wo ich falsch und unrecht schwere / so soll GOTT der Vater / GOTT der Sohn / GOTT der Heil. Geist und die grundlose Barmherzigkeit unsers lieben HERRN und Seligmachers JESU CHRISTI mir nicht zu Trost und Hülffe kommen / an meinem letzten Ende / und in der Stunde / wenn Leib und Seel voneinander soll / und sich scheiden muß.

Zum dritten / wo ich falsch und unrecht schwere / so bitte ich

ich Gott den Vater / Gott den Sohn / Gott den Heil.  
Geist / den kostbarlichen Heil. Reichnam unsers HERRN JE-  
su Christi / daß seine grundlose Barmherzigkeit / seine Angst /  
seine Noth / sein bitter Leiden und Schmerzen / seine strenge  
Hand / Tod / unschuldige Marter an mir armen Sünder  
verlohren und entzogen werde.

Zum vierdten / wo ich falsch und unrecht schwere / so soll  
meine Seel und Leib mit einander verdammet werden am  
jüngsten Gericht / da ich meineidiger Mensch vor dem Ge-  
richte stehen soll und muß / und will abgeschieden seyn / von  
aller Gemeinschaft Gottes / seines heilsamen Worts / und  
abgesondert von allen Auserwehlten / will auch beraubet  
seyn des begehrlichen Anschauens des Angesichts Gottes  
unsers lieben HERRN Jesu Christi.

Per scripturam autem hoc juramentum ab appellan-28  
te præstari nequit, cum solenne & corporale juramentum  
requiratur, ex hac ratione, quod per hoc juramentum li-  
bido & pruritus litigandi & appellandi coërceatur, quæ  
coërcitio finem suum felicitis non fortitur, quam si appel-  
lans ipse in loco judicii compareat, judicem se de temeri-  
tate litis dehortantem audiat, & ipse deinceps hoc jura-  
mentum in conspectu judicis & partis adversæ præstet.  
Litigantes enim in propria personâ jurantes de salute ani-  
mæ suæ magis solliciti sunt, nec tam facile ad jusjurandum  
prosiliant: præterea judex ex vultu & titubatione peje-  
randi voluntatem conjecturare, ac proinde jurantem de  
injusta appellatione dehortari potest Carpzov. 1. Constit. 12.  
def. 39. n. 7. & exinde etiam testis in scriptis deponere ne-29  
quit Ruland d. Commissar. p. 2. lib. 2. c. 15. Brunnem. in pro-  
cess. Civil. c. 20. n. 70. Ungepaup. ad X. de testibus n. 39. Ni-  
colai

30 colai in *Process.* p. 1. c. 61. n. 6. & juratoria cautio in scriptis non  
 31 admittitur, *infr. hoc c. 4. sect. 2. art. 1. n. 26.* Et hæc nostra  
 adfertio ex Recessu Imperii de anno 1654. §. 117. nullum habet  
 dubium, siquidem ibi injungitur appellantis, ut hoc ju-  
 ramentum coram iudice à quo in personâ præsent.

De jure Saxonico autem nullum admittitur, nisi in  
 personâ præstitum.

32 De jure nostro Holfatico res itidem clara ex verbis  
 der Holfstein. Landg. D. quæ realem, & non scriptam præ-  
 33 stationem important, ut (I.) 1. 2. 20. *ibi*: Prästirung des  
 juramenti calumniæ. (2.) p. 4. tit. 1. n. 6. *ibi*: gelobe und  
 schwere. (3.) p. 4. tit. 2. *in rubrica*: Form des Endes / wel-  
 chen der Appellant zu schweren schuldig. (4.) p. 4. 2. 1. *ibi*:  
 Es soll der End dem appellirenden Theil fürgelesen werden/  
 und er denselben zu schweren schuldig seyn. (5.) Privileg.  
 der Holfst. Städte 5. 2. 21. *ibi*: der End würcklich erfolgen.  
 (6.) Privileg. de non appellando Maximiliani II. Imp. 5. 3.  
 24. *ibi*: den End für Gefährde zu schweren. (7.) Privileg.  
 de non appellando Matthiæ Imp. 5. 5. 19. *ibi*: den End Ca-  
 lumniæ oder für Gefährde zu schweren. (8. Privileg. de  
 non appellando Ferdinandi H. Imp. 5. 6. 20. *ibi*: den End  
 Calumniæ für Gefährde zu schweren.

34 Et cum de jure Holfatico solennia appellationis ple-  
 rumque in continenti & stante pede, ut *infra hoc cap. 4.*  
*sect. 1. art. 3. n. 7. & seqq.* dictum, præstanda sint, appel-  
 lans de citatione partis adversæ, num ea necessaria sit nec  
 ne, parùm sollicitus esse debet, cum vel ipse principalis  
 vel ejus mandatarius præsens sit, solenniaque hæc præstari  
 videat.

35 Si autem ex intervallo & intra decendium, quia hoc  
 in

in quibusdam judiciis permissum, vide infra c. 4. *sect. 1. art. 3.* vel quando iudex à quo interpositam appellationem rejicit, & ita coram Notario & testibus appellari necesse est, juramentum hoc præstandum sit, opus est appellanti citatione partis adversæ, ut compareat, & jurare videat, cum citari debeant omnes, quorum principaliter interest, l. 47. *ff. de re judicat.* Wesenb. in *ff. de in jus vocand. n. 13.* non modo in singulis causis, sed singulis etiam causarum actibus & partibus expediendis Wesenb. d. l. Colleg. Argentor. *ib. 27. eod.* Mynsing. 2. *observ. 91. & 6. Observ. 6.* Vantius de nullitatib. ex defect. citation. n. 56. *& seqq.* Rosbach. in *Process. Civil. tit. 22. n. 31. & seqq.* & in specie hoc juramentum in præsentia partis adversæ, vel ejus mandatarii præstari debeat. *Authent. principales C. de jurejur. propt. calumn. dand.* Schneidvv. ad *Inst. de pænâ temer. litigant. n. 8.* Quam sententiam etiam comprobatur praxis Saxonica, ubi pars adversa citanda, si juramentum præstandum est Beust. ad l. *ad personas egregias 15. ff. de jurejurand. n. 40.* & nostra Holstætica, ubi toto die videmus litigantes, quibus præstatio juramenti incumbit, adversarios suos ad videndum jurare citari facere.

Si quoque unus creditorum in concursu appellet, & stante pede solennia præstare non possit, omnes creditores ad videndum præstari solennia citari debent, per ea quæ habet Mevius p. 1. *Decis. 89.*

Si autem pars adversa citata in termino & loco dicto non compareat, appellans nihilominus juramentum hoc præstari paratæ juramentum sit remissum Land-Recht *lib. 2. art. 11.* Beust. d. l.

42 Quid si appellans præstet hoc juramentum non citatâ parte adversâ? Respond. eum tum in puncto formalium succumbere, & ita cadere causâ, quia solennia appellationis non sunt ritè præstita. Non enim legitime fieri & planè non fieri sunt paria Barbof. locuplet. lib. 14. c. 3. axiom. 19. terminusque illorum præstationi præfixus, utpote peremptorius & præclusivus, effluxus est, & ob id appellatio interposita deserta declaratur.

## CAP. IV. SECT. I. ART. II. De loco præstandi juramenti.

### SUMMARIA.

- |   |  |
|---|--|
| 1. 2. 4. Ubi præstatur, si appellatur ad<br>Cameram.  | 10. Cui oblatio facienda.  |
| 3. Ubi in Holsatia si à Vier. Städten<br>appellatur ans Land. Gericht.  | 11. Intra quem terminum.   |
| 5. Ubi si in inferioribus judiciis appel-<br>latur.   | 12. Processus Cameralis in judiciis in-<br>ferioribus observandus.   |
| 6. Interdum judicio ad quod.  | 13. Alius modus procedendi.  |
| 7. Non coram Notario & Testibus.  | 14. An fatale præstandorum solenni-<br>um prorogari possit cum seqq. |
| 8. Quid juris, si iudex à quo appella-<br>tionem interpositam rejiciat, præ-<br>stationem hanc non admittat, aut<br>protrahat. & n. 11. | 19. Egregia persone ubi præstant.                                    |
| 9. Si iudex documentum oblationis de-<br>neger.   | 20. Mulieres honeste ubi.  |
|   | 21. Moniales Kloster. Jungfrauen.                                    |
|   | 22. Femina Nobiles.  |
|   | 23. Ubi præstatur de jure Comm. ju-<br>ramentum calumnie.            |

Superiori articulo dictum fuit, quomodo juramentum appellationis sit præstandum, jam ordo efflagitat, ut etiam quædam de loco, ubi illud ab appellantibus præstari debe-  
at, afferamus.

Si



Si quis igitur ad Cameram appellavit, debet juramentum hoc ex Recessu Imp. de anno 1654. §. auch zum sechsten 117. in eo iudicio, in quo sententia, à quâ appellans provocavit, lata est, præstari, si sc. privilegium, ab Imperatore Statibus concessum hanc juramenti præstationem coram iudice à quo faciendam efflagitet: ita enim verba dicti Recessus: in Fällen / da die privilegia das juramentum calumniz erfordern / soll selbiges allezeit vor dem Unter-Gericht von appellirenden 2c. wirklich abgelegt / und nicht erst bey Unserm Cammer-Gericht zu præstiren erboten. *Bluhm, in Process. Cameral. tit. 48. n. 43. Koding, in Pandect. Cameral. ad auct. lib. 1. tit. 26. n. 19. p. m. 340. & n. 22. p. m. 342.*

Quid hoc casu de jure Holsatico obtineat, vide infra n. 4. hoc artic.

In ipsâ autem Camerâ, & ita coram iudice ad quem 2 præstatur (1. Si iudex à quo nullum privilegium de non appellando habeat *Bluhm, d. l. n. 48.* (2. Si iudex inferior quidem privilegium de non appellando habeat, sed in eo non contineatur, quod appellans coram iudice à quo hoc juramentum præstare debeat. *Bluhm, d. l.* (3. Si iudex à quo dictum privilegium de juramento coram se præstando quidem habeat, sed appellantem ad illius præstationem admittere nolit *Bluhm, d. l. n. 48.* vel eam protrahat. *hic n. 8. & 9.* (4. Si coram Notario & testibus appellatum. *hic n. 6.*

Ex jure nostro Holsatico, quando à Quatuor Civitatibus, von der vier Deputirten Urthel ad iudicium Provinciale ans Land-Gericht appellatur, hoc juramentum itidem coram iudice à quo & ita von dem Vier-Städte Gericht præstandum, vigore privilegii der Holssteinischen Städte /

verf. Es soll aber die Appellation *ibi*. Es soll aber die Appellation geschehen alsbald nach gesprochenem Urthel mündlich / und berührter Vorstand und End darauf wirklich erfolgen / quæ verba iudicium à quo respiciunt & indigitant.

4 De loco præstandi juramenti, quando à iudicio Provinciali Land-Gericht ad Imperatorem, vel Cameram Imperialem appellatur, in Ordinatione Hollaticâ & privilegio de non appellando expressè quidem nihil dictum; connexitas tamen verborum der Hollst. Landg. Ordn. p. 4. tit. 1. & privilegii ostendit, in iudicio à quo, & ita in Land-Gericht præstandum esse hoc iuramentum, cum iudex à quo appellationi deferre non cogatur, nisi præstitis prius solennibus:

5 Et hoc etiam docet praxis inferiorum iudiciorum, ubi solennia appellationis semper coram iudice à quo præstantur. Quæ praxis non tantum quoad iudicia civitatum, sed etiam quoad iudicia inferiora alia, (in quibus solennia in continenti præstanda ob consuetudinem in iis introductam) in Landg. D. p. 1. tit. 2. fundata est, nam quia in iudiciis jam dictis appellatio stante pede & in continenti est interponenda, solenniaque præstanda, sane tempus & intervalum aliquod appellantis non datur, iuramentum hoc coram iudice ad quem præstare:

6 Quamvis hoc iuramentum & ita solennium præstatio sæpè etiam ad iudicium ad quod rejiciatur, & ibi ante justificationem formalium fiat. (1.) Iudice & partibus volentibus *vide supra c. 3. n. 7.* (2.) Si quis coram Notario & testibus appellationem interponere necesse habuit. Quod toto die fieri videmus, & in Camera etiam obtinet, ut jam n. 8. dicitur.

Non

Non autem coram Notario & testibus, coram quibus appellatio interponitur, solennia hæc præstantur, quia horum præstatio est actus judicialis, & contentiosæ jurisdictionis, cujus capax non est Notarius, ut supra *c. 4. n. 21.* ostensum.

Diximus, quod præstatio horum in ipsa Camera, & ita in judicio ad quod fieri possit, quod tum admittitur, si judex à quo appellationi deferre non vult, sed eam per interlocutoriam rejicit, apostolos refutatorios dat, ac consequenter solennem præstationem detrectat, aut protrahit: eo enim casu sufficit de jure Camerali, si appellans se ad horum præstationem coram judice à quo offerat, documentum factæ oblationis ab eo roget, illud in Camera producat, ibique petat, ut præstatio illius in Camerâ facienda sibi concedatur Roding. *d. l. n. 19. p. m. 341.*

Si verò judex à quo & hoc documentum dare recusat, requirat appellans Notarium & testes, oblationem per hos judici à quo faciat, instrumentum desuper confici sinat, in Camerâ producat, & petat, ut ibi ad præstationem admittatur Roding. *d. l.*

Et cum Processus Cameræ etiam in judiciis Statuum Imperii inferioribus observari debeat Ex Recept. Imp. de anno 1654. §. Es sollen auch Churfürsten 137. Mauritius *Consil. Kiloniens. 7. n. 6.* sequitur & hunc procedendi modum in Camerâ usitatum in nostra quoque Holsatiâ hæc casibus observari posse, ac debere.

Ex quibus hoc notandum, oblationem hanc præstantorum solennem non Notario & testibus, coram quibus appellatur, sed ipsi judici à quo fieri debere vel per Notarium vel alio modo. *adde supr. c. 4. n. 31.*

An

- 12 An autem hoc casu, quo coram Notario & testibus appellare opus est, intra decendum hæc oblatio fieri debeat, quæritur? nobis affirmativa verior videtur, cum & ipsa realis præstatio in illo fieri debeat, & oblatio loco præstationis sit, & in hujus locum surrogetur, surrogatum autem sapiat naturam ejus, in cujus locum surrogatur Stephan. 2. *Dialect. jur. loc. 33.*
- 13 Quamvis hoc casu, si iudex à quo deneget, vel differat recipere præstationem solennium, timorque sit, ne elaborat decendum, Superior adiri, ibique pro dilatione ad præstanda solennia & mandato ad iudicem à quo, ut parte adversâ citatâ solennia recipiat, documentumque præstatorum appellanti edat, supplicari soleat, uti hoc sæpius factum memini: hoc enim fatale præstandorum solennium à superiori prorogari posse, non est dubium, cum etiam exactis Cameralibus pateat, ibi fatalia introducendæ & prosequendæ appellationis ad instantiam appellantis sæpius prorogari.
- 15 Exiguum autem hæc prorogatio habet usum, cum eo casu, quò iudex à quo denegat recipere appellationem & solennium præstationem, sufficiat, si coram Notario & testibus appelleretur, appellans per illum se iudici à quo offerat, quod ad præstanda solennia paratus sit, ejusque admissio nem petat, ut jam dictum.
- 16 Prodesset autem hæc prorogatio eo casu, quo quis stante pede appellare debet, solenne cautionis autem ob defectum fidejussoris in termino illo brevissimo præstare nequit. Ad eum enim conquirendum prorogatio utilis foret.
- 17 Sedan iudex inferior hunc terminum prorogare possit,

fit, valdè dubito, cum termini legales partibus ad hoc, ut necessario intra eum actus sit expediendus, præfixi prorogari non possint. Struve in *Syntagm. ad ff. de ser. & dilat. lb. 37.*

Præstandum verò est hoc juramentum in ipso iudicii loco.

Egrediis autem personis, Principum Consiliariis & aliis hoc datum est, ut domi suæ jurent, & ad illos mittatur vel Commissarius, vel Notarius iudicii, qui juramentum hoc in præsentia partis adversæ præstare sinit *l. 15. ff. de jurejur. ibique Beust. n. 8. & seqq. Mevius p. 5. Decif. 238. & 8. Decif. 369.* hoc etiam extenditur ad mulieres honestas *Novell. 124. c. 1. Berlich. 1. Concl. 34. n. 9. Beust. ad d. l. 15. n. 28.* item ad Moniales, Adeliche Kloster-Jungfrauen / item ad alias feminas nobiles.

Quod etiam in Holsaticis iudiciis Provincialibus *Land: 22 Gerichten* toto die fieri videmus. Si enim feminæ nobili juramentum aliquod per sententiam est injunctum, committitur Notarius Provincialis ad recipiendum illud, qui deinde termino præfixo & parte adversâ citatâ ad feminæ nobilis ædes se confert, ibique juramentum præstari sinit.

Ubi & coram quo iudice de jure civili juramentum calumniæ præstari debeat *vide Autb. principales persone C. de jurejur. propt. calumn. dand.*

## CAP. IV. SECT. I. ART. III.

## De tempore præstandi juramenti.

## SUMMARI A.

1. De jure Camerali præstatur in termino quem privilegium, aut  
K 2. Ju-

- |  |  |
|--|--|
| 2. <i>Judex à quo præfigit.</i>  | 9 <i>Stante pede, in continenti quid.</i>                                      |
| 3. <i>Sineque privilegium, neque judex præfigat, quando</i>                                      | 10. <i>Praxis contraria cum seqq.</i>  |
| 4. <i>Processus appellatorii in Camerâ non decernuntur, nisi præstitis prius solennibus.</i>     | 15. <i>Consuetudo ab allegante probanda.</i>                                   |
| 5. <i>Vel oblatione ad eorum præstationem facta.</i>   | 16. <i>In judicio Tunderensi præstantur intra decendum.</i>                    |
| 6. <i>Quando in ipsa Camerâ.</i>   | 17. <i>Quando in Bier, Städt, Gerichte.</i>                                    |
| 7. <i>De jure Holfatico, quando in Præfecturis Prælatorum &amp; Nobilium judicium, &amp; 14.</i> | 18. <i>Quando in Land, Gericht.</i>  |
| 8. <i>Quando in civitatibus.</i>   | 19. <i>Quando præstatur, si judex à quo appellationem rejiciat, remisfrvè.</i> |
|  | 20. <i>An terminus præstandorum solennium possit prorogari.</i>                |

**D**E jure Camerali solennia appellationis præstantur vel in judicio à quo, vel in judicio ad quod, seu in Camerâ.

**1** Si in judicio à quo præstari debent, (quibus casibus id fieri debeat vide *supr. hoc cap. 4. sect. 1. art. 2. n. 1.*) tenetur appellans ex Recessu Imperii de anno 1654. juramentum appellationis coram judice à quo præstare in termino, quem privilegium de non appellando continet, isque accurate servandus est Roding. *in Pandect. Cameral. ad auct. lib. 1. tit. 26. n. 19. p. m. 341.*

**2** Si autem in privilegio illo certus terminus ad illud præstandum non est præfinitus, judex à quo certum aliquem, eumque brevem præfigere debet, intra quem appellans hoc juramentum præstet Bluhm. *in Process. Cameral. tit. 48. n. 43. d. Recess. Imp. de anno 1654. §. auch zum sechsten 117. ibi: ein enger termin zu wirklicher Abstattung angesehen.*

Quod

Quod si tamen Judex à quo nullum terminum præfi-  
gat, potest illud pro lubitu, in, ante, vel post actum inter-  
positæ appellationis præstari, dummodo fiat, antequam  
appellans pro processibus in Camerâ supplicet, quia pro-  
cessus hi non decernuntur, nisi (1.) Solennia hæc juxta re-  
norem privilegii sint præstita, & documentum desuper in  
Camerâ exhibeatur, vel (2.) Oblatio ad præstationem sit  
facta, judex à quo autem appellantem non admiserit, &  
hoc documento doceatur *Bluhm. d. l. n. 43. Roding. d. l. p.*  
*m. 342.*

Quando autem appellans juramentum hoc in ipsâ  
Camerâ & ita coram judice ad quem præstare potest, (qui-  
bus casibus id fieri possit, vide supra *hoc c. 4. sect. 1. art. 2.*  
*n. 2.*) tum ibi in primo termino sub præjudicio desertionis  
est præstandum *d. Recess. Imp. de anno 1654. S. zumalen aber*  
*iederzeit us. Bluhm. d. l. n. 48.*

De jure Holsatico in judiciis inferioribus, utpote Præ-  
fecturarum, Prælatorum & Nobilium intra decendium à  
die publicatæ sententiæ computandum est præstandum.  
Quoad enim judicia Præfecturarum *der König und Fürst-*  
*lichen Aemter* est textus in *Landg. D. p. 1. tit. 2. n. 21. ibi: die*  
*Bestellung der Caution &c.* quoad judicia Prælatorum &  
Nobilium habetur textus in *Landg. D. p. 1. tit. 3. n. 4. vers.*  
*iedoch daß es mit den solennibus &c.*

Excipiuntur tamen ab hoc decendio (1. judicia Civi-  
tatum Holsaticarum, ubi ore tenus litigatum est, ibi enim  
juramentum hoc in continenti & tempore interpositæ ap-  
pellationis est præstandum *Landg. D. p. 1. tit. 2. n. 21. ibi*  
*Ausserhalb in denen Gerichten.*

Phrasis autem: *stante pede*, in continenti appellare  
ita

ita vulgò sumitur, ut ne quidem pes appellantis post latam sententiam de loco moveatur, antequam appellatio interposita fit; quod tamen non adeò strictè intelligendum ait *Bluhm. in Process. Cameral. c. 48. n. 29.* sed sufficere, si appellatio interponatur ipso die, quo sententia lata est, modò fiat antequam iudex ad alios diversos actus transeat; Sed vereor, ut hæc sententia in praxi procedat:

10 Sic contra eam anno 1673. 3. Junii obtinui in iudicio Tetrapolitano, quod Rendesburgi habebatur, in causâ N. contra N. Cum enim reus in termino publicandæ sententiæ non compareret, sed mandatarium misisset, hic autem appellationem non interponeret, sed auditâ sententiâ domum principalis mitteret, ut ipse veniret & appellaret, isque statim venisset, appellationem interposuisset, ac solennia præstitisset, opposui appellanti contra formalia appellationi in iudicio ad quod exceptionem non devolutæ appellationis, quod in continenti & stante pede neque appellationem interposuisset, neque solennia præstitisset. Verba sententiæ hæc sunt:

11 In angemachter Appellation. Sachen Johann von Dam aus Lübeck Befl. und Appellanteneins/entgegen und wider Jacob Gevecken vor sich und in Vollmacht Daniel Niemschneidern Klagenden Appellaten andern Theils / principaliter refusionis damni & interesse, incidenter devolutionis.

Erkennen Verordnete Holsteinische Städte/Kiel/Rendesburg / Tzehoh und Oldesloh hiemit vor Recht/ die weil appellant ab Dero von Richtern voriger Instantz den 9. April. nechst hin in dieser Sache abgespröchenen Urthel stante pede und stehendes Fußes appelliret / daß derowegen sol-



folche angemaste provocation vermöge der Landg. D. und dieses Gerichts üblichen observantz anhero nicht anzunehmen / gestalt auch selbige nicht angenommen / sondern die Sache an Richter voriger Instantz verwiesen und der angemaste appellant in die expensen nach Richterlicher Ermäßigung hiemit vertheilet wird B. N. W. Publicatum Kenedesb. den 3. Junii 1675.

Ita etiam in eodem judicio anno 1634. 7. Junii Kilonii in 12 causa Joachim Francken Wf. Appellanten contra Johannem Wohlenbergen nomine mandatario Karsten von Sande und Baltzer Ellbrat / wie auch anderer des Beklagten Creditoren in puncto alienatæ domus principaliter, incidenter devolutionis iisdem verbis est decretum. Ita quoque in eodem judicio 1665. 1. Jun. Kilonii in causa Sebastian S. contra Obristen J. V. D. Curatores bonorum pronunciatum. (2. Excipiuntur ab illo decendio omnia alia judicia Holsa-<sup>14</sup> torum inferiora, in quibus hætenus solennia appellationis stante pede simul cum interpositâ appellatione sunt præstita. Landg. D. 1. 2. 21. *vers.* die Bestellung der *Caution*.

Ubi tamen appellato, qui dicit solennia in continentibus in judicio à quo præstari debere, & in hac consuetudine solennium in continentibus præstandorum se fundat, probatio incumbit, per ea, quæ supr. c. 2. n. 6. adducta sunt.

In Civitate Tunderensi obrinet consuetudo, ut solennia intra decendium præstentur. Cum enim appellantes in judicio Tetrapolitano in puncto justificandorum formalium hanc consuetudinem allegarent, Deputati hujus judicii ad Senatum Tunderensem anno 1646. mense Majo rescripserunt, & certitudinem hujusmodi moris efflagitarunt, qui Senatus in Epistolâ responsoria de 29. Maji 1646. hanc

17 hanc consuetudinem affirmavit. (3. Judicium der Vier-  
 Städte / ibi enim appellans in continenti, simul ac senten-  
 tia lata, & appellatio interposita est, solennia hæc præstare  
 tenetur, vigore privilegii der Holfstein. Städte *ibi*: Es soll  
 aber die Appellation geschehen alsbald nach gesprochener  
 Urtheil mündlich / und berührter Vorstand und Eyd dar-  
 auf wirklich erfolgen.

18 Judicium Provinciale, das Land-Gericht terminum,  
 quo juramentum hoc ab appellante præstari debeat, cer-  
 tum & specificum non habet, sed saltem generalem, nimi-  
 rum terminum deferendæ appellationis, quod nempe ju-  
 dex hic Provincialis à quo appellationi coram se interpo-  
 sitæ ante deferre non debeat, quàm hoc juramentum ap-  
 pellans præstiterit, *vigore privilegii Maximil. II. Imp. p. 5. tit.*  
*3. n. 24. vers. da auch gleich ibi*: so soll doch einem jeden Ap-  
 pellanten / zuvor und eh er seiner Appellation deferirt, auff-  
 gelegt werden / den Eyd calumniæ zu schweren / quæ ver-  
 ba repetuntur in privilegiis à Matthia, & Ferdinando II.  
 Imp. auctis. In ipsâ Ordinatione provinciali autem ex-  
 primitur terminus præstandi juramenti, quod sc. appellans  
 ante prosecutionem appellationis illud præstare debeat,  
 Landg. D. p. 4. tit. 1. n. 6. *ibi*: daß der Appellant zuvorn  
 und ehe er seine Appellation zu prosequiren vornimmt / gelobe  
 und schwere.

19 Quid autem juris, si judex à quo appellationem inter-  
 positam rejiciat, & ita solennium præstationem non admit-  
 tere, aut eam protrahere velit, *vide supr. hoc c. 4. sect. 1. art. 2.*  
*n. 8. & seqq.*

20 An terminus præstandorum solennium prorogari pos-  
 sit, *supra c. 4. sect. 1. art. 2. n. 14. dictum.*

CAP. IV. SECT. II. ART. I.  
De Cautionis formâ.

## SUMMARIA.

- |   |   |
|---|---|
| 1. <i>Cautio tripliciter præstatur. &amp; n. 30.</i>  | 20. <i>Handschrift pignori datur.</i>                                 |
| 2. <i>Satisdans habet electionem.</i>                 | 21. <i>Quando ad jurtoriam cautionem pervenitur.</i>                  |
| 3. <i>Fidejussores debent esse idonei.</i>            | 22. <i>Requisitum.</i>  |
| 4. <i>Debent esse possessionati in judicio à quo.</i> | 23. <i>Formula juratoria cautionis de jure Civili.</i>                |
| 5. <i>Qui possunt fidejubere, remisivè.</i>           | 24. <i>De Jure Saxonico.</i>  |
| 6. <i>Quando femina de jure civili.</i>               | 25. <i>Cavens jurat de credulitate.</i>                               |
| 8. <i>De jure Lubecensi.</i>                          | 26. <i>Quomodo præstatur. &amp; n. 30.</i>                            |
| 10. <i>De Jure Sax. novo.</i>                         | 27. <i>Quartus modus satisdandi.</i>                                  |
| 11. <i>Fidejussoria cautio dupliciter fit.</i>        | 28. <i>Cautio de jure Holsatico.</i>                                  |
| 12. <i>Quomodo.</i>                                   | 29. <i>Jurato cavens quid jurat.</i>                                  |
| 13. <i>An in scriptis.</i>                            | 32. <i>Quomodo cavet Universitas.</i>                                 |
| 14. & 15. <i>Cautela contrâ fidejussores.</i>         | 33. <i>Quomodo consortes litis.</i>                                   |
| 16. <i>Pignora debent esse sufficientia.</i>          | 34. <i>Tutores, Curatores, &amp;c.</i>                                |
| 17. <i>Quod arbitrio judicis relinquitur.</i>         | 35. <i>Femina quomodo.</i>  |
| 18. <i>Pignori accedit interdum juratoria cautio.</i> | 36. <i>Quomodo mandatarius.</i>                                       |
| 19. <i>Quomodo cautio pignoratitia præstatur.</i>     | 37. <i>Quousque se extendit cautio cum n. seqq.</i>                   |
|   | 40. <i>Pena judici non debetur, si lis per transactionem sopitur.</i> |

Cum superiore sectione dixerimus de uno solenni appellationis juramento sc., quomodo, quando & ubi præstandum sit, flagitat ordo, ut etiam de altero, cautione nimirum, quomodo, ubi & quando illa ab appellante præstanda sit, aliquid dicamus.

Notum autem est, tripliciter posse cautionem præsta-

stari, aut fidejussoribus, aut pignoribus, aut juramento. Ergò jam dispiciendum est, qualis cautio ab appellante præstari debeat. *Recess. Imp. de anno 1654. §. auch zum sechzehenden* 17. exigit cautionem in genere, refert autem se ad privilegium de non appellando, inde tenor illius inspicendus, & quam cautionem illud exigit, ea præstanda.

2 Si autem cetera aliqua species cautionis in illo non est expressa, sequendum est jus commune, quod cautionem vel fidejussoriam, vel pignoratitiam exigit, ira tamen, ut penes satisfactantem electio sit, utram ex his præstare velit *l. 21. §. ult. ff. de constit. pecun. Zanger. p. 2. c. 21. n. 17. de exceptionib. Carpz. in process. tit. 9. art. 5. n. 18. Mev. 2. Decis. 256.*

3 Et si appellans fidejussoribus cautionem præstare vult, debent illi esse idonei, (qui in dubio idonei non præsumuntur *Hering. c. 8. n. 19. de fidejussor. Mev. ad Jus Lubec. 4. n. 5. n. 10.*) tam (1.) ex facultatibus, ut nim. possideant bona immobilia *Zanger. d. l. n. 18. & seqq. Carpz. d. l. n. 19.* eaque ab ære alieno libera, quàm (2.) ex conveniendi facilitate, ut sc. non habeant privilegium seu præscriptionem fori *Zang. d. l. n. 19.* bonaque sua immobilia sub ipso iudice à quo sint sita.

4 Unde non sufficit, si appellans, vel ejus fidejussor in Ducatu Holsatiæ vel Sleswicensi immobilia possideat, & coram Prælatorum, vel Nobilium, vel Civitatum iudiciis appellare velit. Quamvis de jure Civili & Saxonico aliter se res habet, ut supra *c. 3. sect. 2. n. 4.* dictum. Quo tamen casu suo foro & privilegio renunciare possunt *Carpz. d. art. 55. n. 19.* Qui autem aliàs fidejubere non possunt, de quibus agit *Hering. tr. de fidejussorib. c. 7. Manz. de fidejussorib. n. 2. Wefenb. in ff. qui satisfac. cogunt. & alii, ii etiam non rectè*

rectè adhibentur ad nostram hanc cautionem præstandam.

Et cum appellantes sæpissimè non quos volunt, sed quos possunt fidejussores sistunt, & exinde feminas interdum adhibere solent, dicendum est hic, quomodo hæc efficaciter fidejubere possint: Licet enim hæc neque pro marito, neque pro extraneo intercedere queant tam de jure civili, quàm Saxonico & Lubecensi; Limitatur tamen de jure civili, & fidejubere possunt pro extraneo, si Scto Vellejano renunciaverunt Lauterbach, *ad ff. ad Sct. Vellejan. §. 2. n. 6.* Struve *in Syntagm. ad Sct. Vellejan. th. 10.* Non tamen pro marito fidejubent, nisi huic Scto renunciant, & hæc renunciatio juramento roborata fuit Struve *d. l. th. 11.*

De jure Lubecensi potest etiam fidejubere, si (1. Curatorem judicialiter datum adhibeat, Jus Lubec. 1. 10. 1. *ibique* Mev. §. 1. 5. 7. n. 122. (2. de Scto Vellejano certiora fuerit Jus Lubec. 1. 5. 7. *ibique* Mev. n. 118. & (3. huic Scto renunciaverit Jus Lubec. 1. 5. 7. *ibique* Mev. n. 117. inde appellans hæc probè observare debet, ne cautio, ut informalis, postea ab appellato impugnerur.

Et hoc casu, quo uxor pro marito intercedit, tenetur præter maritum alium curatorem, qui auctoritatem in fidejussionis actu interponat adhibere, & requisita jam dicta observare Mev. *ad Jus Lubec. 1. 10. 1. n. 19.*

De jure Saxonico novo autem ita efficaciter pro extraneo fidejuber, si 1. sive sit maritata sive soluta majorennis sit & 2. Curatoris auctoritate 3. in judicio 4. beneficio Scti Vellejani renunciaret Carpz. p. 2. *Constit. 16. def. 17. n. 4.* Pro marito autem fidejubens jurato renunciare debet. *vide Novell. constit. Augusti 16. p. 2. ibique* Carpz. *def. 1. & seq.*

L

quæ

quæ tamen sententia etiam suas recipit limitationes, vide Carpz. *d. l. def. 7. & seqq.* & tum eadem quatuor requisita, quæ in fidejussione pro extraneo observanda jam diximus, uxor pro marito fidejubens quoque attendere debet Carpz. *d. l. def. 10. n. 12.*

11 Hæc autem cautio fidejussoria dupliciter præstatur, vel personaliter, vel in scriptis.

Personaliter, quando fidejussor hic cum appellante in judicio comparet, coram judice à quo se pro fidejussore appellantis declarat, illique judicatum soluturum stipulatâ manu & sub hypothecâ bonorum promittit, quæ promissio actis inscribenda.

12 In scriptis fidejubetur, si fidejussor in judicio comparere aut non potest, aut non vult, tum enim appellans scripturam manu & sigillo fidejussoris corroboratam, bürgerliche Beschreibung / in qua fidejussor dicit, se fidejubere in puncto appellationis pro appellante, omniaque sua bona pro illo hypothecare, judici à quo insinuat. Nicolai in *Process. p. 1. c. 26. n. 17. & seq.* Quamvis Hering. *p. 11. de fidejussor. n. 4. & seqq.* fusè pro & contra disputet, an fidejussio per scripturam fieri possit, attamen *d. l. n. 26. & seqq.* affirmativam amplectitur. & communi quasi Germaniæ practicâ & stilo receptum esse ait, ut fidejussiones per epistolam contractæ valeant.

13 jussor. *n. 4. & seqq.* fusè pro & contra disputet, an fidejussio per scripturam fieri possit, attamen *d. l. n. 26. & seqq.* affirmativam amplectitur. & communi quasi Germaniæ practicâ & stilo receptum esse ait, ut fidejussiones per epistolam contractæ valeant.

14 Solent autem interdum docti Advocati à fidejussore hoc exigere, ut renunciât privilegio fori, excussionis, & si plures sint fidejussores, divisionis exceptioni & aliis beneficiis Nicolai *d. l.*

15 In nostra Holsatiâ plerumque promissioni fidejussoriæ adjicitur obligatio obstagialis. Instrumenta fidejussionis

nis verò refert Hering. *d. l. c. 30. num. 17. & seqq. de fidejuss.*

Si appellans pignoribus cavere velit, quod de jure <sup>16</sup> Comm. in ipsius arbitrio positum, ut *supra n. 2.* diximus, ea itidem sufficientia & idonea esse oportet Carpz. *1. Consult. 5. def. 8. n. 1. & in Process. d. tit. 9. art. 5. n. 42.* Zanger. *d. l. n. 22.*

Quanta autem pignora appellans deponere debeat, ar- <sup>17</sup> bitrio judicis relinquitur Zanger. *d. l. n. 41. & seqq. Schulz ad Inst. de satisfaction. lit. a. p. m. 584. Richter ad Auth. generaliter C. de Episcop. & Cleric. n. 10. Berlich. 1. concl. 20. n. 59. Carpz. d. cons. 5. def. 8. n. 4. & d. art. 5. n. 42. Nicolai in Process. d. c. 30. n. 23.*

Et si pignoratitia cautio non sufficit, additur juratoria <sup>18</sup> Mevius *2. Decis. 257.*

Modus præstandæ cautionis pignoratitiæ hic est, quod <sup>19</sup> appellans res suas mobiles, e. gr. aurum, argentum, pecuniam numeratam, &c. iudicio à quo insinuet, ibique deponat.

Instrumentum obligationis, *Handschrift* / etiam pi- <sup>20</sup> gnori dari potest, modò deponens literis revertalibus promittat, se ante litem finitam pecuniam non exacturum Carpz. *d. art. 5. n. 140. Nicolai d. l. n. 22.*

Si appellans neque fidejussores invenire potest, neque <sup>21</sup> pignora habet, admittitur ad juratoriam cautionem *Auth. generaliter C. de Episcop. & Cleric. Zanger. d. l. n. 22. Richter ad Auth. que supplicatio C. d. precib. Imp. offerend. n. 12. Gail. 2. Observ. 47. n. 5. Berlich. 1. concl. 20. n. 52. Mevius 4. Decis. 125. Carpz. d. art. 5. n. 28. Struve in Syntagm. qui satisfidar. cogunt. tb. 24. & in terminis, quoad cautionem appellationis Hering. d. l. c. 10. n. 158. de fidejussor. Mynsing.*

3. *Observ. 56. in fin. Clezel. c. 4. n. 73. de appellation. Mevius d. l. quæ juratoria cautio etiam in Camerâ admittitur Bluhm. in Process. Cameral. tit. 48. n. 61.*
- 22 Non aliter tamen admittitur ad hanc cautionem appellans, quàm si integræ vitæ & bonæ existimationis est, Carpz. *d. art. 5. n. 30.* Gail. *1. observ. 148. n. 6.* Berlich. *d. l. n. 53.* Struve *d. l.*
- 23 Formula hujus juratoriæ cautionis de jure civili hæc est, quod appellans juret, se nec pignora habere, nec fidejussores invenire, aut aliter, quàm juratò cavere non posse, licet summam adhibuerit diligentiam Zanger. *d. l. n. 23.* Carpz. *d. art. 5. n. 31.* Wefenb. *in ff. qui satisfac. cogunt. n. 10.* Nicolai *d. l. n. 26.*
- 24 Formulam juris Saxonici habet Carpz. *d. art. 5. n. 33.* Richter. *ad Aub. bodie C. de custod. reor. n. 42.*
- 25 Hoc juramentum autem non est veritatis, sed credulitatis de jure Saxon. Wefenb. *d. l. n. 10.* Berlich. *d. l. n. 54.* Carpz. *d. art. 5. n. 31.* Nicolai *d. l. n. 26.* Hering. *d. l. c. 18. n. 120.* Speckhan. *cent. 3. class. 4. q. 2. n. 1.*
- Quamvis de Jure Comm. ita cavens de veritate jurare cogatur Speckhan. *d. l.* quod etiam obtinet in Holfatiâ, siquidem verba *der Landg. D. p. 4. tit. 1. circa fin.* hoc non obscure innuunt.
- 26 Debet autem hæc cautio juratoria in judicio præsentate parte adversâ vivâ voce, & non in scriptis præstari Hering. *d. c. 18. n. 126.* Nicolai *d. l. n. 28.* Berlich. *d. concl. 20. n. 56.*
- 27 Est & quartus satisfacendi modus, sc. hypothecandorum immobilium. In Holfatiâ enim nostra, si appellantes in judicio à quo immobilia, eaque ab ære alieno libera possident (alias enim creditores, qui bona sibi obligata habent,



bent, contradicere solent) ea loco cautionis hypothecare consueverunt, teste experientia quotidiana, cum etiam de jure civili possessores rerum immobilium nudæ promissioni committantur Struve *in Syntagm. qui satisdar. coguntur* lb. 25.

Et hæc, quæ hæctenus ex jure Comm. & Saxonico deduximus, etiam in jure nostro Holfatico expressè sunt sancita, tenetur enim appellans, sive subditus Holfatiæ sit sive non, si priori casu immobilia non habet, vel fidejussoribus vel pignoribus cavere Landg. *D. p. 4. tit. 1. n. 11.* Si autem fidejussores vel pignora non habet, admittitur ad juratoriam cautionem Landg. *D. d. tit. n. 11.* teneturque hunc in modum jurare; quod tanta immobilia quanta ad cautionem sufficiunt, non habeat, neque fidejussores adhibita debita diligentia invenire potuerit Landg. *D. d. t. 1. n. 12.*

Quæritur autem hic, an etiam jurare debeat, sibi nulla esse bona mobilia, quæ pignoris loco deponere possit? de his textus quidem non loquitur, quia tamen ad juratoriam cautionem non pervenitur, nisi in casu deficientium bonorum supra *n. 21.* & hic bonorum defectus ab allegante sit probandus, simplicique ejus assertioni non credatur, cum nemo testis sit in propria causa, sequitur & hunc jurato asserere debere, se etiam nulla bona mobilia, quæ pignoris loco in judicio deponere possit, habere: quod etiam volunt formalia juratoriæ cautionis supra *n. 23.* allata.

Nunc breviter etiam dicemus, quomodo Universitas, plures litis consortes, tutores ac curatores minorum, & feminarum caveant. Ubi in genere observandum, eos omnes itidem vel fidejussoribus, vel pignoribus, vel juramento, ac immobilibus cavere posse.

Fit autem cautio fidejussoria hic ab Universitate, pluribus litis consortibus, tutoribus minorum & feminarum eodem modo, quo aliis in casibus ab iis præstari solet, de quo supra *hoc art. 2. n. 11.* dictum.

32 Pignoribus ita cavet Universitas, quando per Syndicum speciale mandatum habentem pignora in judicio deponit. Et quando Universitas prædia ac fundos possidet, tum Syndicus itidem speciali mandato sive Syndicatu instructus ea loco cautionis judicialiter hypothecare potest. Si autem juratoriè cavere velit, tenetur Syndicus hanc juratoriam cautionem in animam illorum, qui de universitate sunt, præstare, & ad id speciale mandatum ab universitate habere.

33 Plures litis consortes sive coheredes ita pignoribus cavent, quando vel unus, vel omnes res mobiles in solidum pignori dant, easque in judicio deponunt, ita ut pro cujusque consortium quota ibi sint ac maneant. Immo- bilibus verò, si quæ possident, ita, ut ea hypothecentur in solidum, daß sie vor alle stehen Juramento autem ita, ut vel omnes jurent, vel unus mandato tamen reliquorum speciali hoc juramentum in suam & reliquorum coheredum animam præster.

34 Tutores pupillorum, & curatores minorum pro pupillis, & minoribus vel sua propria bona mobilia pignori, aut immobilia hypothecæ dare, vel etiam res pupillorum & minorum pignoris aut hypothecæ loco tradere possunt absque præviâ Magistratus cognitione & decreto, quod alias in alienando & distrahendo requiritur. Juramento autem ita cavent, ut tutores, & curatores jurent nomine pupillorum & minorum appellato expensas, si in eas con-

condemnati fuerint, è bonis pupillorum ac minorum restitui debere. Quia enim tutores & curatores de propriis bonis ad expensarum solutionem non tenentur, inde etiam juramento promittere non debent, se ex bonis propriis eas in casum succumbentiæ exsolvere velle.

Curatores mulierum sive potius ipsæ mulieres ita cavent pignoribus, si præsentem & consentientem curatorem res suas mobiles pignori, immobiles vero hypothecæ in judicio tradunt; Si autem ipsæ mulieres in judicio præsentem non sunt, sed saltem curator mulieris nomine cavere vult, non aliter potest res feminæ pignori, vel hypothecæ dare, nisi consensum mulieris absentis prius docuerit. In his enim actibus, qui speciale mandatum requirunt, curatorium solum non sufficit. Si autem juratoria cautio præstanda est, ipsa mulier in judicio eam in suam animam præstare debet; si verò absens est mulier, & curator jurare vult; debet hoc facere in animam mulieris, & ad id speciale mandatum habere ac producere.

Si mandatarius nomine principalis cautionem pignoribus præstare vult, itidem debet speciale mandatum ad res principalis pignori vel hypothecæ dandas habere. Quod etiam requiritur, si juratoriè cavere vult, & tum tantum in animam mandantis jurat.

Præstat autem appellans cautionem de judicio sisti & judicatum solvi de jure Camerali *Bluhm. in process. d. c. 48. n. 61.* De jure Holfatico autem saltem cautionem pro refundendis appellato expensis & damno *Landg. D. p. 4. tit. 1. n. 7. ibi: den Kosten und Schaden abzutragen. item 4. 2. 3. ibi: Kosten und Schaden nach Rechtl. Ermäßigung mit samt der Sachen zu vergnügen.* Loquantur autem hi  
textus

textus de appellatione à judicio Provinciali ad Cameram.

38 In Privilegio de non appellando Mathiæ Imperatoris 5. 5. 20. item Ferdinandi II. Imp. 5. 6. 21. fit saltem expensarum mentio.

39 In Appellationibus Judicii Tetrapolitani cautio ultra expensas etiam ad 50. marcas Lubecenses extenditur, quas appellans, si succubuit in judicio provinciali iudicibus à quibus exsolvere debet. *Privilegium der Holstein. Städte. s. 2. 14.*

40 Has autem non deberi, si lis per transactionem fuerit sopita, docet Brunnem. *ad. l. pen. ff. de recipiend. appellat. n. 4.*

### CAP. IV. SECT. I. ART. II.

#### De loco præstandæ Cautionis.

Superiori articulo egimus de formâ & modo præstandæ cautionis, sequitur jam locus, in quo cautio ab appellante præstari debet. Ut autem primum solenne, juramentum sc. in judicio parte adversâ citatâ præstandum fuit, ut supra hoc capite 4. sect. 1. artic. 2. diximus, ita etiam hoc secundum coram iudice à quo præstari debet, quod exigit sæpè allegatus Recessus Imp. de anno 1654. §. 117. Et ut summam dicamus, omnia, quæ dict. sect. 1. art. 2. dicta sunt de loco præstandi juramenti, ea etiam ad locum præstandæ cautionis pertinent, ubi enim unum solenne præstandum est, ibi etiam alterum præstari oportet.

### CAP. IV. SECT. II. ART. III.

#### De tempore præstandæ cautionis.

##### SUMMARIA.

- |  |                              |
|--|------------------------------|
| 1. Quando præstatur cautio de jure Cameræ. | 2. Quando de jure Holsatico. |
|  | 3. Cautela pro appellante.   |

Restat

**R**estat, ut dicamus etiam pauca de tempore, intra quod cautio præstari debet, & quidem de jure Camerali debet præstari eo intermino, quem privilegium de non appellando præfigit sub pœnæ desertionis Reoess. Imp. de anno 1654. §. 117. De jure nostro Holsatico autem vel in continenti, vel intra decendum, ut juramentum appellationis, de quo supra c. 4. sect. 1. art. 3. fuisse actum, ex quo quæ hic desunt, petere poteris, quod enim juris in uno, hoc etiam in altero solennium est.

Inde cautela est pro quolibet litigantium, ut in termino publicandæ sententiæ semper aut fidejussorem idoneum, aut etiam sufficientia pignora ad manus habeat, iisque in continenti ac stante pede præstanda est, ut de jure nostro Holsatico fieri necesse est, sequitur appellanti tempus conquirendi fidejussoris aut afferendorum pignorum nondari.

CAP. V.  
De fine solennium.

SUMMARIÆ.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Solennia coercent temeritatem appellandi. | sententiæ ejus appellatur.                           |
| 2. Abusus appellandi.                        | 6. Limitatur.  |
| 3. Effectus juramenti appellationis.         | 7. Solennia etiam conservant honorem judicii à quo.  |
| 4. Effectus cautionis.                       | 8. Solennia potissimum judicii genti præstanda sunt. |
| 5. Judici non inferitur injuria, si à        |  |

**D**uæ sunt causæ, ob quas appellationis solennia inventa & introducta sunt, (1. coercitio temeritatis appellandi & (2. conservatio honoris judiciorum inferiorum.

Ad coercendam enim appellantium temeritatem & pro-

M

pro.

procacitatem, *Mev. 2. Decif. 8. & Decif. 75. n. 3. & p. 4. Decif. 275.* ut & ad conservandam vim ac auctoritatem iudicii inferioris constitutum est, ut hæc solennia præstentur. Nam experientia teste scimus multos homines dari, qui sæpissime beneficio appellationis pessimè ad calumniam abutuntur, plerumque malitiosè à quocunque gravamine, & quacunque interlocutoriâ appellare solent, ut saltem causam principalem in infinitum protrahant, appellatos miserè immensisque sumptibus fatigent, & lites in infinitum extrahant, quod potissimum possessores rerum controversiarum facere consueverunt, conquerente *Gailio 1. Observ. 128. n. 2. & Observ. 136. n. 3.* inde appellantium hæc temeritas & malitia coercenda fuit, quod aliquo modo per appellantis iuramentum, & præstandam cautionem fieri posse *Dd. existimarunt.*

3 Multi enim homines hoc iuramento, quo Deum testem & vindicem sui facti suæque injustæ litis & appellationis vocant, ab ulteriori litigio deterrentur, & sententiæ jam latæ adquiescunt. Sacramenti enim hujus timore inquit *Imp. Justinianus in l. 1. pr. C. de jurejurand. propt. calumn. dand.* contentiosa litigantium instantia compescitur. Quod

4 etiam aliquo modo fit ob cautionem adversario de refundendis expensis præstandam, bonaque sua hypothecanda. Timor enim admittendæ litis & succumbendi in puncto appellationis, & ob id refarciendarum expensarum multos ab ulteriori appellatione arcet, & maximè illos, qui bona non sufficientia, aut planè nulla possident, his enim vana est sine viribus ira.

5 Et licet iudici inferiori injuriosum esse non debeat, si  
6 quis litigantium ab ejus sententiâ adpellet, cum tamen coram judi-

judice ad quem ab appellante sæpissimè, ut fieri solet, ejus sententia injusta, iniqua, nulla arguatur, & talis in judicio publicè proclamerur, sanè famam & existimationem ejus apparenter lædit.

Inde ne in sententiis justis, & æquis à malitiosis appellantis hoc eveniat, atque judici suus honor conservetur, etiam hæc solennia præstanda sunt.

Et ita non tam parti, aut partis causâ sed potissimum 8 judicio & judicii gratiâ solennia hæc præstantur, ut eleganter decidit Mevius p. 4. decis. 275. & p. 2. decis. 8.

## CAP. VI. & ultimum. De effectu & omissione solennium.

### SUMMARIÆ.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Præstitis solennibus in Camerâ processus decernuntur.</p> <p>2. An appellatio invalida reddatur, si solennia omitantur.</p> <p>4. Que contra Statuta fiunt, sunt nulla.</p> <p>7. Quid juris in Holsatiâ, si solennia non sint præstita.</p> <p>8. Quando omisio solennium non nocet.</p> <p>13. An præstita solennia judex non tenetur appellationi deferre.</p> <p>14. Limitatur.</p> <p>16. Num Appellation - Schilling ad</p> | <p>essentiam appellationis requiratur.</p> <p>17. Vis &amp; efficacia consuetudinis.</p> <p>19. Appellatus probare debet usum des Appellation - Schillingis.</p> <p>20. In Holsatiâ solvitur ab appellante.</p> <p>21. Num omisio vitiet appellationem.</p> <p>22. An Thalerus in specie sit exsolvendus.</p> <p>23. Poena non præstantium juramentum appellationis.</p> <p>28. Pater appellans nomine proprio, &amp; filii, etiam tenetur pro filio den Appellation - Schilling solvere.</p> |
|---|---|

**A**ppellanti, si solennia hæc duo secundum formam in lege, consuetudine, vel privilegio de non appellando præ-

scriptam præstitit, documentoque iudicis à quo, quod sine tergiverfatione edere deber, probaverit, processus in Camerâ decernuntur, Recess. Imp. de anno 1654. 8. und nachdem  
*120. P. l. i. tit. 48. n. 62. in process. Camer.*

- 2 Quod verò si appellans hæc solennia non observaverit, an appellatio invalida & deserta reddatur? Gail. 1. *obs. 124. n. 2.* dicit, quod non, cum hæc solennitas à Camerâ non attendatur, sed ibi etiam præstari possit, cui ad stipulatur Clezel. *c. 6. n. 93. de appellat.* Sed limitatur hæc sententia
- 3 (1. Si statutum pro formâ ad appellationem præcisè requirat juramenti & cautionis præstationem: Statuta enim
- 4 hanc habent efficaciam, ut si actui, vel rei certam præscribant formam & solennitatem, quæ illi dari esse suam, tunc omnia in contrarium acta ipso jure sunt nulla; quamvis de annullando actu statutum ne verbum dicat, ex Jafone, Baldo, Mangon. Glæser *Disp. de jure statuario c. ult. tb. 3.* hæc autem forma ex eo inducta & præscripta censetur, si in actu explicando tempus adjiciatur Clezel. *d. l. Mev. ad jus Lubec. quest. 9. n. 12.* Gail. *d. l. n. 4.* quale tempus præ-
- 5 standis solennibus præscriptum omnes novimus. (2. Limitatur de jure hodierno. Quia Rec. Imp. de anno 1654. §. auch zum sechsten 117. se ad privilegium de non appellando Statibus Imperii concessum refert, terminumque in eo præfixum sub præjudicio causæ seu desertionis observari vult, sequitur appellationem, ubi appellans solennia in termino illo non præstitit, desertam esse, & ad iudicem ad quem non devolvi. Consentit Lauterbach *de jurament. §. 2. n. 54. Mev. 4. decis. 375.* Roding. *in pandect. Cameral. lib. 1. tit. 32. n. 15.* appellatio, iniquis, deserta redditur, si appellans intra tempus præstitutum solennibus privilegiorum non satisfecerit:
- de-



desertæ autem appellationis effectus est, quod appellatio habeatur, ac si nunquam interposita fuisset, proinde etiam omnia cadunt, quæ appellatio efficit, uti est jurisdictio judicis superioris, & suspensio sententiæ, nam hæc statim in rem judicatam transit *Bluhm. d. l. tit. 55. n. 18.*

In foro Holsatico, & judiciis illius inferioribus appellatio ob solennia secundum *Landg. D.* non præstita, pro non devoluta ac desertæ declaratur, appellansque in expensas condemnatur.

Ira judicatum in Deputation - Gericht zum Kiel anno 8 1670. in causa *Johann Königs* Appellanten contra *Hans von Helm* Appellaten von *Oldesloh*; item, in causa appellationis *Jochim Hofmeisters* contra *Egger Frohböfen*; item anno 1668. in causa *Johannis Thomsen von Lundern* contra *Hinrich Uppendorffs Wittve.* Sic sæpissimè vidi, tam in judicio aulico Gottorpiensi, quàm Provinciali, appellationes ob defectum formalium non fuisse devolutas.

Si tamen appellans scientiam privilegii de non appellando judici inferiori concessi ejusque tenoris, ut & moris in interponendis appellationibus observandi non habeat, & ob id solennia appellationis non præstet, omissio hæc ipsi de jure Camerali nocere non debet, *Cammer-Concept p. 2. tit. 32. §. ult. Bluhm. d. tit. 48. m. 63.*

Ubi tamen aliter se res habet, si appellans hæcce scientiam propriam motu ad præstationem se offerre debet, alias appellatio fit desertæ *Bluhm. d. l. n. 65. Textor ad Recess. Imp. de an. 1654. Disp. II. th. 51.*

Et licet nesciat appellans solennium præstationem, at tamen cautus esse debet, ut coram iudice à quo se declaret, quod si forsan solennia præstanda sint, se jam ad ea offerat,

ea præstare paratus sit, modo certus sit, quæ & qualia illa sint.

12 Et cum litigantes & appellantes plerumque operâ advocatorum utantur, hi autem optimè cognitum habeant stylum curiæ, non est quod prætenfa ignorantia appellanti patrocinari possit.

13 Omissio solennium etiam hoc operatur, quod iudex à quo, si ea præcisè non sint præstita, justè denegare possit appellationem, nec ei deferre cogatur, uti docet *Mev. 6. Decif. 287.* quod in Holsatia ullo dubio caret, cum hoc in privilegio de non appellando Maximiliani Imp. *n. 24.* & Ferdinandi II. Imp. *n. 20.* expressè sit cautum. Congruunt *Wolffenbüttelsche Hof-Berichts-Ordnung tit. 66.* & *Canzley-Ordnung n. 63.* inde appellatione interpositâ iudex ita pronunciare solet, auf angemassete Appellation N. N. contra N. N. ist dieser Bescheid: wird Appellant die Solennia behörig præstiren/ daß alsdann der Appellation zu deferiren/ wie dann derselben uff solchen Fall deferiret wird. *W. R. W.*

14 Limitatur superius conclusio & appellatio deserta non habetur. (1.) Si pars adversa contra non ritè, vel planè non præstita solennia nihil opponit, sed appellantem materialia appellationis justificare sinit, quia pars silentio hoc suo remittere hanc necessitudinem intelligitur *Mev. 4. Decif. 375.* (2.) Si miles appellavit & solennia non præstitit, hunc enim juris ignorantia excusat. *Mev. 1. Decif. 150.* Ex quo asserto etiam sequitur, quod omnes, quibus ignorantia juris positivi non nocet, solennia omittere possint. *adde n. 9. b. c.*

16 Hic etiam videndum, num ex solutio pecuniæ, de appellatione Schilling ad formam & essentiam appellationis requiratur? Resp. si lex & usus judiciorum eam non exigat, ea

ea etiam ab appellante non est exigenda seu exsolvenda; si autem vel lege, vel usu judiciorum invaluerit, quæritur, num ea ad formam & essentiam appellationis adeo necessario sit, ut si tempore interpositæ appellationis exsoluta non fuerit, appellatio non devolvatur? ubi respondendum distinguendo, aut pecuniæ exsolutio sub pœnâ desertionis ex lege vel usu judiciorum est, aut sub illâ pœna non est;

Si ex lege vel usu judiciorum sub illâ pœna introducta<sup>17</sup> est, utique ea ab appellante tempore interpositæ appellationis est facienda, cum usus & consuetudinis non minor vis sit ac juris scripti Srrove *in syntagn. jur. civil. de legibus* lb. 22. ubi tamen appellatus ante probare debet, necessitatem exsolvendi sub pœnâ desertionis usu, vel lege esse introductam, quam iudex super desertione cognoscat & pronunciet;

Si verò exsolutionem pecuniæ sub pœnâ desertionis<sup>18</sup> lex vel usus non introduxit, tum dici nequit interpositam appellationem ob intermissam hanc pecuniæ exsolutionem desertam fieri, cum lex & usus hoc nullibi dicant:

Inde quando appellatus excipit, appellationem ob id,<sup>19</sup> quod pecunia certa ab appellante tempore interpositionis non sit exsoluta, aut, daß der Appellante seinen specie Thaler erlegt / (quem sæpè exigi in praxi vidimus) esse desertam, tenetur is probare ejusmodi usum, qui hujusmodi pecuniæ exsolutionem, aut, einer specie Thaler sub pœnâ desertionis exigat, in iudicio à quo esse introductum.

In Holsatiâ tenetur appellans tempore interpositæ ap-<sup>20</sup> pellationis pecuniam exsolvere, den Appellation-Schilling legen / ex more & usu omnium fermè judiciorum inferiorum introducto, qui mos & usus omnibus appellantibus  
ex

ex jussu der Landg. D. est observandus, sexies enim ibi, ut p. 1. tit. 3. dicitur, appellationes tam in Ducatu Schlesvicensi, quam Holsatico fieri debere secundum morem antiquum, nach dem alten Land-Gebräuch / item, wie vor Alters hero sittlich / und gewöhnlich gewest.

21 Num autem appellatio de jure nostro ob id deserta reddatur, si appellans contra hunc morem inveteratum den Appellation-Schilling non solvat, de hoc Landg. D. quidem nihil disponit, quia tamen exigit, appellationes fieri debere nach dem alten Lands-Gebräuch / ea autem, quæ contra leges, statuta & consuetudinem fiunt, ipso jure nulla esse dicuntur, sequitur & hanc appellationem, da der Appellation-Schilling nicht erlegt / de jure nostro esse nullam; Sed respondetur, ea demum, quæ contra leges fiunt, nulla esse, quæ leges, ut formam actui dent, observanda jubent, non autem, quæ sine præscriptione certæ formæ facienda imperant, de qua distinctione vide Mev. in Comm. ad jus Lubec. *quest. preliminari 9. n. 3. & seqq.*

22 Quod autem thalerus in specie, (uti vulgò dicitur) sit exsolvendus, hoc nullibi appellanti est injunctum, inde appellatus probare debet, quod appellationes, ubi thalerus in specie ab appellante non est exsolutus, pro non devolutis & desertis declaratæ sint & exinde thalerus in specie requiratur.

23 Non inutiliter etiam hic quæritur, num tutor præjudicet pupillo, curator minori, Syndicus universitati, rector Ecclesiæ &c. si juramentum appellationis præstare nolint? & respondet Specul. de jurament. calumn. §. superest. n. 3. quod non ad stipulatur Scaccia lib. 2. c. 1. q. 23. n. 273. & seq. de judiciis. Setser. 3. c. 3. n. 104. de jurament.

Prin-

Principales ipsi hoc juramentum non præstantes ple-24  
 ctuntur causæ suæ amissione, ex Recessu Imperii de anno.  
*1654. uti hoc cap. n. 5. dictum.*

Si autem Advocatus non præstitit, mulctatur marcâ 25  
 auri. Lauterbach d. l.

Mandatarius sive procurator recusans hoc juramen-26  
 tum præstare, domino non præjudicat, sed saltem ob con-  
 tumaciam suam à judice mulctatur Gail. 1. obs. 89. Brunn.  
*in Process. civili c. 15. n. 27. Obrecht. de jurament. Calumniæ  
 c. 12. n. 23. Setfer. 3. c. 3. n. 91. de jurament.*

Coronidis loco hanc quæstionem, quæ in præxi oc-27  
 currebat, annexere lubet.

Pater pro se & filio majorenni appellat, annon etiam 28  
 teneretur tam pro filio quam pro se des Schorsmahl legen?  
 Affirmatur; si enim filii nomine appellat, utique & filii  
 nomine solennia, inter quæ der Appellation-Schilling re-  
 fertur, præstare debet, cum sine horum præstatione nulla  
 appellatio devolvatur. Inde solennia appellationis, ubi  
 pater den Appellations-Schilling non solvit, non ritè fuisse  
 præstita dicimus, & optimè exceptionem non devolutæ  
 appellationis contra formalia opponi posse statuimus.

Et hæc sunt, quæ tempore meæ Advocaturæ in foro  
 circa solennia observavi & congesti. DEO Optimo Ma-  
 ximo, Patri, Filio, & Spiritui S. sit honor & gloria in  
 æternum.



INDEX RERUM,  
In quo prior numerus paginam, alter nu-  
merum marginalem designat.

A.

<i>Aktor</i>	<i>jurat in suam &amp; Tutoris vel Curatoris animam.</i>	21. 24.
<i>Actuarius</i>	<i>egit officium in quo consistit</i>	53. 34. & seqq.
	<i>quomodo solennium praestationem consignare debet.</i>	53. 32.
	<i>num ipsius assertio de legitimâ solennium praestatione probet</i>	56. 50.
<i>Administratores legitimi qui</i>		39. 100.
	<i>jurans in propriam animam.</i>	39. 99.
<i>Advocatus</i>	<i>praestat juramentum appellationis.</i>	18. 5.
	<i>ejus successor quoque.</i>	18. 6.
	<i>si non praestat, mulctatur marcâ aurâ</i>	97. 25.
<i>Altereute</i>	<i>sunt administratores legitimi.</i>	40. 100.
<i>Ante</i>	<i>agit per Syndicum.</i>	32. 73.
	<i>per eum appellat.</i>	32. 74.
	<i>jurat per Seniores.</i>	33. 75.
	<i>per Syndicum.</i>	34. 79.
<i>Appellatio.</i>	<i>hujus etymologia.</i>	1. 2.
	<i>appellationis solennia, vide infra solennia.</i>	
	<i>formalia, vide formalia.</i>	
	<i>necessitas.</i>	5. 1.
	<i>origo.</i>	5. 2.
	<i>jurata.</i>	

INDEX.

<i>juramentum, vide Juramentum appellationis.</i>	
<i>appellatio non recipitur, nisi prestitis solemnibus.</i>	9. 27
<i>appellandi libertas non restringenda.</i>	10. 29
<i>limitatur.</i>	10. 34 & 11. 36
<i>appellatio statuto tolli nequit.</i>	11. 35
<i>neque inhibitione superioris.</i>	11. 35
<i>est in recognitionem superioritatis introducta.</i>	11. 35
<i>appellans omnis prestare debet solennia 12. 1. &amp; 20. 1. cum (adde Summaria Capitis 3. sect. 1.)</i>	segg.
<i>appellatus interdum.</i>	18. 7
<i>à rejectâ appellatione iterum appellari debet.</i>	5 2. 27
<i>judex non tenetur appellationi deferre nisi prestitis solemnibus.</i>	94. 13
<i>Approbatio</i>	
<i>quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet.</i>	23. 37
<i>Argumentum</i>	
<i>ab instrumentis ad protocollica licet argumentari.</i>	55. 40
<i>Aemens-Dorfsieber</i>	
<i>sunt administratores legitimi.</i>	39. 100
<i>Avisatio de perjurio</i>	
<i>precedere debet juramento appellationis.</i>	63. 26
<i>formula avisationis.</i>	63. 25
<i>Autoritas</i>	
<i>tutoris quando interponenda</i>	27. 58
	B.
<i>Baro</i>	
<i>prestatur juramentum appellationis.</i>	18. 8
<i>per mandatarium.</i>	18. 9
	C.
<i>Calumnia</i>	
<i>calumnia juramentum, vid. Juramentum calumnie.</i>	
<i>Camera</i>	
<i>Camera Processus in judiciis inferioribus attendi debet.</i>	71. 10
<i>Cautio</i>	
<i>appellans prestare debet</i>	41. 1. & segg.
	(adde
	N 2

INDEX.

(adde Summaria Cap. 3. sect. 2.)

possessoratus caver.	41. 3
quomodo.	43. 9
qui pro reconventionem cautionem praestitit, hanc itidem praestare debet.	43. 10
qui secundâ vice appellas, tenetur	46. 17
pauper tenetur.	46. 18
cautio pro reconventionem non extenditur ad expensas secundae instantiae.	44. 12
cautionem pro reconventionem exigens causam reconveniendâ exprimere debet.	44. 13
cautio tripliciter praestatur.	79. 1. & seqq.
datur quartus modus.	84. 27
cautio realiter praestanda.	51. 23
oblatio non sufficit.	51. 24. & 71. 8
appellans habet electionem, quam cautionem praestare velit.	80. 2
cautio fidejussoria quomodo fit.	82. 11
cautio pignoratitia.	83. 16. & seqq.
huic interdum additur juratoria.	83. 18
quomodo pignoribus cavetur.	83. 19
obligatio pignori dari potest.	83. 20
cautio juratoria.	83. 21
ita cavens debet esse integra vitae.	84. 21
in scriptis non admittitur.	66. 30
formula juratoriae cautionis.	84. 23
est juramentum credulitatis.	84. 25
quomodo praestatur.	84. 26
cautio de jure Holsatico.	85. 28. & seqq.
universitas quomodo caver.	86. 31
quid caver appellans.	87. 37. & seqq.
quid in judicio Tetrapolitano.	88. 39
cautio ubi praestanda	88
quando.	88. 1. & seqq.
Civitas	agit



INDEX.

<i>agit per Syndicum.</i>	32. 73
<i>Et appellat.</i>	32. 74
<i>per quem jurat.</i>	32. 75
<i>per Syndicum.</i>	34. 79
<b>Citatio</b>	
<i>qui citandi.</i>	67. 36
<i>omnes creditores.</i>	67. 40
<i>ad videndum prestari juramentum appellationis pars adversa citanda.</i>	67. 35
<b>Collegium</b>	
<i>agit per Syndicum.</i>	32. 73
<i>Et per eum appellat.</i>	32. 74
<i>per quem juramentum appellationis prestat.</i>	33. 75
<i>per Syndicum.</i>	34. 79
<b>Comes</b>	
<i>prestare juramentum appellationis.</i>	18. 8
<i>per mandatarium.</i>	18. 9
<b>Commune</b>	
<i>negligitur, quod commune.</i>	32. 73
<b>Consensus</b>	
<i>qui in judicio ad partis adversae allegata tacet, consensisse dicitur.</i>	49. 13
<b>Consiliarii</b>	
<i>an prestent juramentum appellationis.</i>	38. 93
<b>Consortis litis.</b>	
<i>Et pluribus litis consortibus unus appellare potest.</i>	30. 68
<i>hodie non procedit.</i>	31. 69
<i>consors pro consorte. agere potest.</i>	31. 70
<i>limitatur.</i>	31. 71
<i>quomodo cavet.</i>	86. 33
<b>Consuetudo</b>	
<i>probanda.</i>	6. 6
<i>quomodo.</i>	6. 7. Et seqq.
<b>Contradictio</b>	

INDEX.

	<i>ad partis adversæ allegata contradictionis opus est,</i>	49. 13
<i>Culpa</i>	<i>unius alteri non nocet.</i>	52. 29
<i>Curator minorum</i>	<i>tenetur appellare.</i>	24. 43
	<i>præstet juramentum appellationis.</i>	24. 43. & 25. 46
	<i>debet esse à Magistratu constitutus.</i>	24. 44. item 29. 63
	<i>jurat in propriam animam.</i>	24. 45
<i>Curator mulieris</i>	<i>mulieri datur curator ad litem.</i>	25. 48
	<i>comparatur tutoribus.</i>	28. 60
	<i>differt à curatore minoris.</i>	26. 49
	<i>non præstat juramentum appellationis.</i>	26. 51
	<i>præstat, si præter curatorium etiam mulieris mandatum habet.</i>	27. 56
	<i>hoc casu in suam, &amp; mulieris animam jurat.</i>	28. 58
	<i>tenetur curator hoc etiam præstare, si pars adversa exigat.</i>	28. 60
	<i>quando auctoritatem interponit.</i>	27. 53
	<i>debet esse à judice constitutus.</i>	24. 44. it. 29. 63
	<i>filius, legitimus matris curator, non potest matri auctoritatem interponere.</i>	29. 62
	<i>quomodo maritus, legitimus curator uxoris.</i>	29. 64

D.

<i>Declinatoria fori</i>	<i>si hæc opponitur &amp; appellatur, num solennis præstanda.</i>	13. 9
<i>Delatio juramenti vide Juramenti delatio</i>		
<i>Doctor</i>	<i>an probeat consuetudinem.</i>	6. 10

E.

<i>Exceptio</i>	<i>probanda.</i>	12. 1
	<i>regula una postea reliquas excludit.</i>	20. 20
<i>Exemptio</i>	<i>à jurisdictione eximit à lege.</i>	14. 10
		F. Fe-

INDEX.

F.

*Femina vide Mulier.*

*Fidejussor*

<i>fidejussoribus caveatur.</i>	80.2
<i>debent esse idonei.</i>	80.3
<i>qui possunt fidejungere.</i>	80.5
<i>quomodo femine.</i>	81.6

*Forensis*

<i>quando solemnia prestat.</i>	13.9. it. 39.97. & 39.98
---------------------------------	--------------------------

*Forma*

<i>ad unguem observanda.</i>	42.5. it. 48.2
<i>non potest per aequipollens adimpleri.</i>	48.3

*Formalia*

<i>appellationis.</i>	3.5
<i>ad ea requiritur, ut appellatio ritè interponatur, &amp; solemnia legitime prestantur.</i>	51.24

H.

*Heres*

<i>appellantis prestat juramentum appellationis.</i>	18.4
<i>si plures heredes.</i>	30.67

*Holsatia*

<i>utitur jure Saxonico.</i>	27.55
------------------------------	-------

*Hospitalarii.*

I.

39.100

*Ignorantia juris*

<i>an excuset ab omissione solemnium.</i>	93.9. & 94.15
---	---------------

*Judex*

<i>solemnium quis.</i>	48.5. & seqq. it. 49.12
<i>quando appellatione interposita judici manus ligata dicuntur.</i>	48.10
<i>num judici an protocollo magis credatur.</i>	55.48
<i>judicis assertione tamdiu statur, donec contrarium probatur.</i>	56.49

*Judicium Terrapolitanum, Bler Städt. Gericht.*

8.21

<i>appellantis cautio ultra expensas etiam ad 50. marcus Lubec. extenditur.</i>	88.39
---	-------

<i>ha non debentur, si lis per transactionem fuit sopita.</i>	88.40
---	-------

Ju-

INDEX.

<i>Juramentum appellationis</i>	
est species juramenti calumnie.	57. 1
convenit cum illo.	58. 3
differt ab illo.	58. 4
formula Cameralis.	58. 5
Holsatica.	59. 6
Lubecensis.	59. 7
est juramentum credulitatis.	60. 8
qui prestant	17. 1. & seqq.
(adde Summaria cap. 3. sect. 1.)	
prestatur in Camera & in judicio ad quod.	60. 10. & 74. 2. & 75. 6. & 75. 8
in judicio à quo.	18. 3. it. 60. 13. & 74. 1. it. 75. 5
realiter prestandum.	66. 32. & 51. 23
per scripturam prestari nequit.	65. 28
appellato citato prestandum.	67. 37
an oblatio sufficiat.	51. 23. & 71. 8
in loco judicii prestandum.	73. 18. & 73. 23
limitatur.	73. 19
quando prestandum.	74. 1. & seqq.
in persona prestandum.	18. 3. it. 20. 19. it. 60. 12. & 66. 31
an per mandatarium possit prestari.	20. 18. it. 20. 21. it. 21. 24
Reges & Principes per mandatarium jurant.	19. 14
Item Comites & Barones.	38. 9. it. 60. 13
Civitas, Universitas.	61. 13
ob legalia impedim. potest hoc per mandat. prestari.	61. 13
alios tres casus vide	20. 20
si in Camera prestatur, prestatio illius per Procuratorem Camera sit.	60. 10
qui in Principalis & Advocati animam jurat.	60. 11
quo ritu prestatur hoc juramentum.	62. 24
mandatarius jurat in suam & princip. anim.	21. 22. it. 34. 81
ut & actor.	21. 24. & seqq.
substitutus in suam, mandatarii, & principalis animam.	21. 23
quo-	

INDEX.

quomodo juratur in alterius animam.	62. 23
per juramentum appellationis compeſcitur pruritus litigandi.	12. 5
	it. 24. 42. & 65. 28
<b>Juramentum Calumniae.</b>	
non praestant Reges & Principes.	19. 12
praestant autem eorum ministri insigniores.	38. 94
sacerdotes praestant.	38. 95
qui calumnie juramentum praestiterunt, juramentum appellationis etiam praestare tenentur.	19. 17
mandatarius praestat in animam principalis & suam.	34. 80 34. 81
<b>Juramenti delatio</b>	
in quibus causis locum habet	55. 45
non contra Protocolum.	55. 44
<b>Jus</b>	
loci speciale probandum.	7. 14
<b>Jus Lubecense</b>	
hoc utuntur Civitates Holsatica.	59. 7
<b>Jus Saxonicum</b>	
Holsatia eo utitur.	27. 55
<b>K.</b>	
<b>Kirch, Geschworne.</b>	
sunt administratores legitimi.	39. 100
<b>L.</b>	
<b>Legitimè</b>	
non fieri, & non legitimè fieri paria sunt.	68. 42
<b>Lex</b>	
positiva contra jus Comm. ferri potest	10. 31
& contra jus Naturæ & Gentium.	10. 32. & seqq.
<b>Litis Consors. vide Consors litis.</b>	
<b>M.</b>	
<b>Magistratus municipalis</b>	
non imponit solennia appellationis.	10. 29
superiori potestati nihil auferre potest.	11. 35
<b>Mandatarius</b>	
	O
	jura-

INDEX.

<i>juramentum appellationis potest per mandatarium prestari, vide supra juramentum appellationis.</i>	
<i>quando non potest.</i>	22. 29
<i>litis dominus factus tenetur hoc prestare.</i>	21. 27
<i>quando unus mandatarius absque altero agere potest.</i>	24. 41
<i>quomodo cavet.</i>	87. 36
<i>mandatarius hoc juramentum non prestans mulcatur.</i>	97. 26
<b>Mandatium</b>	
<i>post litem contestatam revocari nequit.</i>	22. 28
<i>instantia prima finit officium mandatarii finitur.</i>	22. 31
<b>Mandatium speciale</b>	
<i>consors pro consore in casibus, qui speciale mandatium requirunt, non admittitur.</i>	31. 71
<i>qui casus speciale mandatium requirunt.</i>	31. 71. Et seqq. it. 35. 82
<i>nim. prestatio solennium.</i>	50. 15
<i>quomodo mandatium ad prestandum juramentum appellationis confici debet.</i>	61. 17
<i>formula mandati ad jurand, in Camera est prescripta</i>	61. 18
<b>Miles</b>	
<i>hunc juris ignorantia excusat.</i>	94. 19
<b>Minor</b>	
<i>minorum curator, vide Curator.</i>	
<i>minoribus est fragile iudicium.</i>	24. 45
<i>non habet personam standi.</i>	25. 46
<i>non prestat juramentum appellationis.</i>	25. 46
<i>non filia.</i>	25. 47
<b>Mulier adde Curator mulieris.</b>	
<i>potest in iudicio agere.</i>	26. 50
<i>hodie non potest.</i>	25. 48
<i>sed datur ei curator ad litem.</i>	ibid.
<i>appellare tamen potest.</i>	26. 50
<i>ipsa juramentum appellationis prestare debet.</i>	26. 51
<i>ut et alia juramenta.</i>	27. 52
<i>presente tamen curatore.</i>	27. 54
<i>potest per curatorem appellare.</i>	27. 56
	an

INDEX.

<i>an possit fidei iurare,</i>		81. 6
<i>quomodo cavet.</i>		87. 35
	O.	
<b>Oblatio solennium</b>		
<i>quando sufficit.</i>	51. 24. & seqq. it. 71. 8. & seqq.	
<i>fieri debet tam in primâ, quam in secundâ appellatione</i>		52. 26
<i>judici à quo per Notarium oblatio facienda est.</i>		53. 31
<i>in quo termino.</i>		72. 12
<b>Officialis</b>		
<i>prestare debet juramentum appellationis.</i>	30. 65. & seqq. it. 38. 94	
<i>an Consilarii vide Consilarii.</i>		
<b>Omissio solennium</b>		
<i>reddit appellationem desertam,</i>		92. 2
<i>limitatur.</i>		94. 14
<i>non tenetur iudex à quo appellationi deferre, nisi iis praestitis.</i>		64. 13
<i>non praestantes plebuntur amissione causae.</i>		97. 24
	P.	
<b>Pater</b>		
<i>est legitimus filii bonorum administrator.</i>		40. 100
<b>Pauper</b>		
<i>appellans tenetur cautionem prestare.</i>		46. 18
<b>Plures</b>		
<i>quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet.</i>		23. 37
<b>Possessionatus</b>		
<i>non satisfacat.</i>	41. 3. & seqq.	
<i>limitatur in appellatione.</i>	41. 3. it. 42. 6. & seqq.	
<i>quomodo cavet.</i>		43. 9
<b>Principes Imperii</b>		
<i>solennia appellationi imponunt.</i>		10. 30
<i>potestas circa ferendas leges.</i>	10. 30. & seqq.	
<i>praestant juramentum appellationis.</i>		18. 10
<i>per mandatarium.</i>		19. 14
<i>non autem juramentum calumnie.</i>		19. 12
<b>Privilegium de non evocando.</b>		
<i>cives illius civitatis, quae hoc privilegium habet, tenentur prestare.</i>		39. 97
	O 2	Proba

## INDEX.

<i>Probatio</i>		
<i>consuetudo probanda.</i>		6. 6
<i>jus loci speciale.</i>		7. 14
<i>statui non usus.</i>		7. 16
<i>exceptio.</i>		12. 2
<i>solemnia esse legitime prestita.</i>		54. 36
<i>admittitur contra Protocollum.</i>		55. 42
<i>sed clara.</i>		55. 43
<i>Processus Camerae</i>		
<i>in judiciis inferioribus etiam attendendus.</i>		71. 10
<i>processus non decernuntur, nisi prestitis solemnibus.</i>		75. 4
<i>vel oblatione factâ.</i>		75. 5
<i>Procurator vide Mandatarius.</i>		
<i>Procurator Camerae non jurat in suam animam.</i>		21. 26
<i>Prorogatio</i>		
<i>terminus prestandorum solemnium an prorogari possit.</i>		72. 14
<i>termini legales non possunt prorogari.</i>		72. 17
<i>Protocollum</i>		
<i>habet plenam fidem.</i>		55. 39
<i>pro eo stat presumtio.</i>		55. 41
<i>contra illud admittitur probatio.</i>		55. 42
<i>contra illud non defertur juramentum.</i>		55. 44
<i>num judici, an protocollo magis credatur.</i>		55. 48
<i>Pupilli</i>		
<i>non prestant juramentum appellationis.</i>		25. 46
	<i>R.</i>	
<i>Recessus Imperii</i>		
<i>§. 117. Recess. Imp. de anno 1654.</i>		17. 2
<i>Reconventio</i>		
<i>qui cautionem pro reconventionem prestitit, in puncto appellationis iterum cavere debet.</i>		43. 10
<i>cautionem pro reconventionem exigens causam reconveniendi exprimere debet.</i>		44. 13
<i>Regula</i>		
<i>bujus vis &amp; efficacia.</i>		12. 3
		<i>regule</i>



INDEX.

<i>regula exceptio una catens excludit.</i>	20.20
<i>Remissio</i>	
<i>an solennia remitti possint.</i>	12.5. & seq.
<i>Requisita</i>	
<i>ubi lex duo requirit, duo etiam adimpleri debent.</i>	52.25
S.	
<i>Sacerdos</i>	
<i>praestat juramentum appellationis.</i>	38.95
<i>etiam calumnie.</i>	ibid.
<i>ob malitiam eorum.</i>	ibid.
<i>&amp; quia etiam affectibus reguntur.</i>	ibid.
<i>Satisfactio vide Cautio.</i>	
<i>Secretarius vide Actuarius.</i>	
<i>Seniores</i>	
<i>jurant nomine universitatis.</i>	32.75. & 33.78
<i>in propriam animam.</i>	33.77
<i>collegiis suis nocere non possunt</i>	35.84
<i>si birecitant, alii jurant.</i>	ibid.
<i>Solennia</i>	
<i>solennis etymologia.</i>	1.1
<i>homonymia.</i>	2.3
<i>solennium definitio.</i>	3.6
<i>differunt à formalibus.</i>	2.4
<i>solennia quot;</i>	4.7
<i>an Appellation. Schilling ad essentiam appellationis requiratur.</i>	94.16
<i>ex quo jure sunt.</i>	5.4 & seqq.
<i>ubi sunt in usu.</i>	8.17 & seqq.
<i>quando injustè exiguntur.</i>	10.28
<i>magistratus municipalis non potest imponere.</i>	10.29
<i>Principes imperii possunt.</i>	10.30
<i>qui praestant solennia.</i>	12.1. & seqq. & 17.1. cum seqq.
<i>an forensis.</i>	14.9
<i>quando appellatus.</i>	18.7
<i>an ab appellato sine exigenda.</i>	18.8
<i>an remitti possint.</i>	12.5. & seqq.
	judi-

## INDEX.

<i>judicio potissimum præstantur.</i>	91. 8
<i>forma solemnium.</i>	48. 2
<i>secundum cuius iudicii leges sunt præstanda.</i>	48. 4
<i>realiter præstanda.</i>	51. 23
<i>quando oblatio sufficiat.</i>	51. 24. & 71. 8
<i>de Oblatione vide supra Oblatio.</i>	
<i>disputatio super solemnibus ubi sit.</i>	48. 5. & seqq.
<i>cautela pro appellante in puncto præstitorum solemnium.</i>	49. 11
<i>pro appellato.</i>	50. 16
<i>solemnium disputatio sit interdum coram iudice ad quem.</i>	49. 12
<i>juris contra solemnia reservanda.</i>	49. 12
<i>quomodo Actuarius illorum præstationem consignet.</i>	53. 32
<i>vide Actuarius</i>	
<i>appellanti incumbit probatio, se legitime solemnia præstitisse.</i>	54. 36
<i>num probet per Actuarii assertionem.</i>	56. 50
<i>finis solemnium.</i>	12. 5. & 89. 1
<i>sunt de forma appellationis.</i>	39. 13
<i>non deseritur appellatio nisi præstitis solemnibus.</i>	94. 13
<i>non decernuntur processus in Camera, nisi solemnia fuerint præstita.</i>	75. 4.
<i>wel oblatio facta.</i>	75. 5
<i>in autem præstitis decernuntur.</i>	91. 1
<i>non recipitur appellatio nisi præstitis solemnibus.</i>	9. 27. & 92. 3. & seqq.
<i>limitatur.</i>	14. 11. & 93. 9. it. 94. 14
<i>neque sunt iudici à quo manus ligatæ, antequam solemnia præstita sunt</i>	48. 10
<i>omisso solemnium, vide supra omisio.</i>	
<i>præstantur in iudicio à quo.</i>	18. 3. 60. 12. 69. 1. 70. 5
<i>interdum in secunda instatia.</i>	19. 17. item 14. 11. it. 69. 10. 60. 2. 70
<i>non coram Notario &amp; testibus.</i>	6. 71. 8
<i>quando coram Commissario.</i>	51. 21
<i>si solemnium præstatio proterabatur, quid juris.</i>	51. 22
<i>quando solemnia præstanda.</i>	71. 8. item 72. 13
<i>quando in Holfatia.</i>	74. 1. & seqq.
<i>quando in Bier-Städt-Verichte.</i>	75. 7. & seqq.
	69. 3
	in

INDEX

In Landt. Gericht.	70. 4
Stante pede quid	
Statutum	
quod non est in usu, non ligat.	7. 15
non usus probandus.	7. 16
<i>it. ejus contrarius usus.</i>	<i>ibid.</i>
observantia statutum explicat.	43. 8
statutivis.	92. 4
quando statutum dicitur formam requirere.	92. 4. <i>it.</i> 96. 21
Substitutus	
jurat in suam, mandatarii & principalis animam.	21. 23
Syndicatus	
quomodo in civitatibus conficitur.	36. 87
quomodo in magna universitate.	36. 88
quomodo in pagis.	37. 89
tutoria etiam requirit.	<i>ibid.</i>
quomodo in Collegiis opificum.	73. 90
quomodo judicialiter.	37. 92
Syndicus	
per Syndicum agit universitas.	32. 73
per eum appellat.	32. 74
non per eum jurat.	32. 75
jurat per eum.	34. 79
syndicus jurat in suam & universitatis animam.	35. 82. <i>it.</i> 62. 22
procuratori comparatur.	34. 80
à quibus constituitur in Civitatibus.	36. 87
à quibus in magna Universitate.	36. 88
à quibus in pagis.	37. 89
est legitimus Universitatis administrator.	39. 100
	T.
Tundera	
ibi sollemnia intra decendium prestantur.	77. 16
Tutor	
tenetur appellare.	22. 32
sollemnia prestare.	23. 32. <i>it.</i> 25. 46
	48

INDEX.

<i>ut &amp; juramentum calumniae.</i>	23. 34
<i>de omni damno tenetur.</i>	23. 33
<i>non prejudicat pupillo.</i>	96. 23
<i>si plures sunt tutores, quis jurat.</i>	23. 35. <i>it.</i> 31. 72
<i>unus sine altero non potest in judicio agere.</i>	23. 38
<i>quilibet tutor in solidum agere potest.</i>	23. 39. <i>&amp; seq.</i>
<i>hodie non procedit.</i>	<i>ibid.</i>
<i>tutores praestant juramentum appellationis.</i>	22. 32
<i>in animam suam.</i>	24. 42
<i>tutoris auctoritas, vid. Auctoritas.</i>	
<i>tutor est legitimus pupilli bonorum administrator.</i>	40. 100
<i>quomodo cavet.</i>	86. 34
U.	
<i>Universitas</i>	
<i>agitur per Syndicum.</i>	32. 73
<i>per eum appellat.</i>	32. 74
<i>per quem jurat.</i>	32. 75
<i>per Syndicum.</i>	34. 79
<i>quomodo cavet.</i>	85. 30

FINIS.



### Corrigenda.

Pag. 3. § 3. lin. pen. pro 2. F. 16. leg. 17.  
reliqua deleantur. p. 9. § 7. Ex. ad  
π. 39. p. 19. § 5. lin. 5. vid. c. 2. x. ne  
fed. vac. aliq. innov. p. 22. § 3. fi Mo-  
linæ. T. 2. §. 12, 24. p. 25. lin. 8. fuit.  
p. 26. lin. 9. Electoris. p. 27. lin. an-  
te p. tract. 2. tit. 1. c. 1. p. 31. §. 24.  
lin. 6. 2. F. 55. §. 2. p. 34. lin. 10. 2. F. 33.  
§. 1. lin. 12. debit. §. 5. lin. 4. t. 55.  
§. 1. lin. 6. 2. F. 23. fi. p. 38. §. 13. dele  
1. F. 18. & c. §. 14. lin. 3. 34. §. 2. p. 39.  
l. 2. §. similiter. l. 6. dele 9. p. 41.  
lin. 3. & 5. pro debitor. leg. creditorem.  
p. 42. lin. 8. dele: 1. F. 61. §. 2. p. 44.  
§. 6. lin. antep. §. 8. pro 10. p. 45.  
§. 8. lin. 8. 2. F. 9. p. 46. lin. 3. promif-  
sum. p. 49. §. 3. lin. 8. leg. 37. & dele:  
§. similiter. lin. ult. leg. de usufr.  
p. 50. lin. 7. §. qui cleric. lin. ult. 2. F. 23.  
p. 51. lin. 4. Nov. 22. c. 15. lin. 12. tit. 1.  
§. 1. p. 52. lin. 10. dele: & 38. lin. 12.  
renovaverit. p. 54. aph. 11. 6. p. 55.  
lin. 2. n. 4. p. 57. lin. 15. distinctio  
pro defin. p. 64. lin. 2. Ex. ad π. 20.  
p. 76. lin. 18. tit. 99. lin. pen. ad confv.  
feud. p. 78. lin. pen. quâ ipsâ. p. 80.  
lin. 8. & 89. p. 81. §. 30. lin. 5. 2. F. 2.  
p. 88. lin. ult. 5. F. 10. p. 89. lin. 13. Ex.  
ad π. 23. p. 101. pertinent. und suach.  
p. 107. lin. antep. ipso facto. p. 108.  
lin. 8. würde.



Contingenda


Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.




155496

X 2432417

V017







2


JOHANNIS *Sachsen* / Jcti  
Civitatis Kiloniensis p. m. meritissimi,

DE

# SOLENNIBUS APPELLATIONIS TRACTATUS,

In quo materia de appellationis solen-  
nibus ex insignioribus Practicis, observatio-  
nibus forensibus & præjudicatis perspicue di-  
gesta est & elaborata.

*Cum Indice Capitum & Rerum.*



KILONII,  
Impensis JOHANNIS SEBASTIANI RICHELII,  
*Rudolstadtii*, Literis HEINRICI URBANI, 1705.